Proba

dobrego

17.

CANDOR
MARIANUS

Per
VARIAS DEVOTIONES
Ad
Immaculatam DEI Parentem
EXPLICATUS,
Et
Pro Fratribus Illibatæ Conceptionis Cultoribus

Per Fratrem JOANNEM CAPISTRANUM
POLANIECKI,
S. T. L. I. Fratrum Minorum Obſervantium, Miniſtrum Actualem gratiâ Devotionis,

Luci publicæ
EXPOSITUS,
[illegible] quô ſine macula de Utero ANNÆ,
[illegible]ijt MARIA 1739. Die 12. Decembris.

CRACOVIÆ
Typis Michaëlis Dyaſzewſki, *S. R. M. Typographi.*

In Stemma Gentilitium
CELSISSIMI
PRINCIPIS,



Illuſtrem Famâ, magnum ſimul Marte piumq́;
Virtus & Pietas, ipſaq́, fama vehunt.
Ferte alij pectus, Patriamq; in voce tenete,
In factis portat, fortia arma miles.

wav

ORACVLA

Sanctorum Patrum

Pro incitatione Lectoris ad ferventem Devotionem erga Immaculatè Conceptam Virginem.

APPOSITA.

SIcut primus Adam formatus fuit ex terra, antequam esset maledicta, ita secundus Adã formatus est ex terra Virginea nunquam maledicta. *S. Andr. Apost. scribit Abdias l. 4. Histori. in eius gestis.*

O MARIA! quàm felix es, & fortunata, quæ initio, & ante sæcula, & in initio Viarum DEI, ab ipso electa fuisti, & Adæ peccatô prævisô, non fuisti cum omnibus alijs condemnata, sed voluit Deus, ut merita Filij Tui Tibi super omnes prodessent, Teq; pro minimo momento voluit inimicam, sed semper pro charissima amica. *S. Thom. Apost. serm. de tran. Virg. B. apud Amadeum rap. 8.*

Hoc est Corpus: & hic est Sanguis Domini nostri Iesu Christi, quod, & quem assũpsit ex Domina nostra, & Immaculata Virgine Maria. *S. Marcus Evang. in sua Liturgia.*

Credo, dico, assero, & juro, Beatissimã Virginem nostram, in æterna prædestinatione, singulari privilegio munitam, nec à sua Conceptione in aliquo violatam, sed semper mansisse, ac permansisse illibatam. *S. Petrus Cluniacensis. Epist. 10. ad Nicol. Tom. 12.*

Sane Deus æternus, ſicut mirâ ſapientiâ creavit omnia, ſic Benedictam ſuam Matrem talem condidit, & ſanctificavit in tempore, qualem decebat habere ſuam glorioſiſſimam Majeſtatem. *S. Bernardinus Senenſis ſerm.* 52.

ORACVLVM

Æternæ Veritatis.

Cuidàm Sanctæ Animæ declaratum.

NE dubites amica mea, ſed pro certo habeas, quod poſtquam rebelles Angeli de Cœlo ad tatrum ſunt detruſi, boni Angeli in gratia Dei æternum confirmati, omni annô Feſtum Conceptionis dilectiſſimæ meæ Genitricis in Cœleſti curia, ſolemniter celebrârunt; cùm enim in mente Divina illam noverint ex ſingulari privilegio, ab æterno præſervatam, ideo ab Angelis talis Mariæ præſervatio feſtiviſſime ſolemnizata eſt. Scias præterea, eum, qvi devotè in terris hanc ipſam Feſtivitatem celebrabit, veniam peccatorum conſecuturum, & poſt temporalem hanc vitam, æternâ tandem in Cœlis perfruiturum. *Hæc ſunt Verba Chriſti. ex Bernardino de Buſti ſerm* 8. *de Concep.* & *Ioſep. Foller. deſumpta.*

In reliquo, me, & omnia in hoc opuſculo contenta, ſubijcio Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Iudicio.

DE-

(o)(+)(o)

INDULGENTIÆ,

Confraternitati Immaculatæ Conceptionis B.V. MARIÆ, apud Fratres Minores de Obſervātia Gracoviæ erectæ, à Benedicto XIII. per Bullam: *Ex quo Sedes Apoſtolica:* in perpetuum conceſſæ.

I. *Qui nomen ſuum dat ad Album Confraternitatis confitendo & communicando prævie, lucratur Indulg. plenar.*

II. *Qui in Feſto Immacul. Conc. B.V.M. vel intra ipſius octavā confitetur, lucratur Ind pl.*

III, *Qui poteſt confiteri, Vel ſaltem Nomen Ieſu proferre in articulo mortis, tam Fr. quam Soror lucr. Ind. plen.*

IV. *Quilibet Frater & Soror manentes in Feſtis Purificationis, Annuntiationis, Aſſumptionis & Nativitatis B.V.M. devoti lucr. Indulg plen.*

V. *Qui aſſiſtunt Miſſæ cantatæ cum expoſitione Sanctiſsimi pro Fundatoribus & Confratribus, primo Sabbato Menſis dici ſolitæ lucr. Ind. plen.*

VI. *Qui aſsiſtunt Proceſsionibus Confraternitatis. lucr. Ind. plen.*

VII. *Qui viſitant Altare Confraternitatis, lucr. Indul. plen.*

VIII. *Quicunq; Sacerdos recitans Miſſam pro Anima Confratris vel Sororis, lucr. Ind. plen. & liberat Animam Eius de purg.*

IX. *Quicunque Sacerdos cantans vel dicens Miſſam de Immaculata Conceptione, quæ incipit:*

 Egre-

Egredimini. *lucr. Indug. plen; pariter & illi, qui curant, ut cantetur vel dicatur ante Altare Imm. Conc. Confraternitatis.*

X. *Qui recitant Coronam Immaculatæ Conceptionis B.V.M. lucrantur Indulg. plenariam.*

XI. *Omnes Fratres & Sorores, in festis Desponsationis, ad Nives, Præsentationis, & Expectationis partûs, B.V.M. lucr. Ind. 7. Annorum & totidem quadragenarum.*

XII. *Qui recitando Coronam Imm. Conc. offert illam pro Anima alicuius, & curabit Nomen illius albo dare Confraternitatis confitendo &c. Animam illius de purgatorio liberabit.*

XIII. *Qui penes se portabit Coronam, ita ut ab aliis videatur, ducenta millia Annorum Indulgẽtiam lucrabitur cum totiadem quadrg.*

XIV. *In omnibus aliis totius Anni Sabbatis, qui adsunt Missæ Solemni ut supra dici solitæ, centum dierum Indulg. lucrantur.*

XV. *Qui assistunt electionibus Confraternitatis centum dierum Indulgentiis gaudent.*

XVI. *Pro omni opere bono, pro Eleemosynis huic Confraternitati oblatis, & aliis piis, operibus, quilibet* 60 *dierum Indulgentias consequitur.*

INFORMATIO.

C*Orona Immaculatæ Conceptionis B. M. V. pro* Ave Maria, *decet habere globulos Albos, ad demonstrandam innocentiam Sanctissimæ Matris, pro* Pater noster, *globulos Rubros, seu purpureos ad indicandã Regiam Ipsius Maiestatem. In funiculo colorem Cæruleum ad repræsentandam Ipsius exaltationem supra Cælos & omnem Creaturam.*

ORATIONES MATVTINÆ.

IN Nomine ✠ DEI Patris, qui me creavit, FILIJ, ✠ qui me suô pretiosissimô Sanguine redemit, & SPIRITûS Sancti, ✠ qui me sanctificavit, surgo; Ipsi Trino, & Uni laus, & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Intentio Universalis diurna.

BEnedictus sis DEVS meus;
Qui protector eras meus
Hâc nocte præteritâ.
Cor meum & intellectum,
Memoriam, & affectum,
Tibi DEVS offero.
Quidquid loquar, cogitabo;
Agam, patiar, amabo
Te DEVS in omnibus.
Malo mori, quam peccare;
Contra vitia pugnare,
Volo totis viribus.

O MARIA, o Beati:
Eſte mei Advocati
Cum Cuſtode Angelo.

IESVS, MARIA, IOSEPH,
Vobis dono cor, corpus, &
animam meam.

ORATIO.

Ad Beatiſſimam Virginem MARIAM.

O Domina mea Sancta MARIA, Immaculatè Concepta Parens DEI, me in tuam benedictam fidem, ac ſingularem cuſtodiam, & in ſinum miſericordiæ tuæ hodiè, & quotidiè, & in hora exitûs mei, animam meam, & corpus meum tibi commendo, omnem ſpem, & conſolationem meam, omnes anguſtias, & miſerias meas, vitam, & finem vitæ meæ tibi committo, ut per tuam Sanctiſſimam interceſſionem, &

per

per tua merita, omnia mea dirigantur, & disponantur opera secundùm tuam, tuiquè Filij voluntatem. Amen.

O R A T I O

Ad Sanctos Angelos.

PRinceps gloriosissime S. MICHAEL Archangele cum tota Cœli Curia saluto te, tibiquè vitæ, & mortis meæ, curam specialiter commendo: impetra mihi augmentum fidei, spei, & charitatis, spiritum bonum, peccatorum veniam, & maximè gratiam finalem, ut tecum DEVM meum, & cum omnibus Sanctis Angelis glorificem in sæcula, Amen.

O R A T I O

Ad Sanctos Patronos.

OBsecro vos ô Sancti Patroni mei, præcipuè hodierne N. & pro me indigno peccatore ipsi

DEO supplicare dignemini, ut de fraudibus diaboli, & a damnatione æterna liberari possim. Adjuvate me hodiè, & quotidiè precibus, & meritis vestris: impetrate mihi apud DEVM cunctorum veniam peccatorum, victoriam tentationum, Spiritûs Sancti gratiam, quæ me per omnia benè disponat, corpus regat, animam protegat, & ad vitam perducat æternam, Amen.

Vivat IESVS in æternum, & super omnia ipsi honor, & gloria in sæcula sæculorū, Am:

PROTESTATIO

Confratris Mariani ad B. V. MARIAM Immaculatè Conceptam.

PRetiosissima DEI MATER, universorum Domina, totius humani generis Princeps, cui serviunt

viunt Angeli, Archangeli, Cherubim quoq; ac Seraphim, universi Beatorum Spirituum Ordines cum tota Curia Cœlesti: Ego hominum, creaturarumq; vilissimus motu propriô, post DEVM Dominum nostrum, Dominatrici Gentium, Hæresum Profligatrici, & Protectrici Regum, me totum dedico in servum perpetuum. Te in Dominam, Pátronam, & Advocatam eligo, firmiterq; statuo, ac propono, me nunquàm te derelicturum, neq; contra te aliquid unquàm dicturum, facturum, aut permissurum, imò spondeo tuum honorem Immaculatæ Conceptionis semper defensurum, ac totis viribus promoturum: sic me DEVS adjuvet, & tota Cœlestis Curia; In Nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spi✠ritûs Sancti, Amen.

QVINQVE PSALMI

In Honorem B. V. MARIÆ ad omnes necessitates impetrandas efficacissimi.

PSALMUS I.

MARIA Immaculatè Concepta nimìs laudabilis es in Civitate DEI nostri, & universa Ecclesia Electorum ejus.

Misericordia, & gratia tua ô MARIA ubiquè prædicatur; nam DEVS ab instanti Conceptionis tuæ operibus manuum tuarum benedixit.

Miserere nostri Domina, sana infirmitatem nostram: tolle dolores, & angustias cordis nostri.

Mitte Angelum bonum in occursum nostrum, per quem ab hostibus defendamur; miserere in die tribulationis nostræ, & in veritate tua irradia nos.

Miſerere noſtri Domina, miſerere noſtri; quoniam tu es ſpes noſtra, & lux omnium ſperantium in te.

Memento noſtri, perditorum Salvatrix; exaudi planctus, & ſuſpiria noſtra.

Miſerere noſtri Domina, & ora pro nobis; ut in lætitiam bonam vertatur mæſtitia noſtra,

Miſerere ſervorum tuorum Domina; & ne ſinas eos anguſtiari in neceſſitatibus ſuis.

Miſerere noſtri Regina gloriæ, & honoris; & de omni periculo cuſtodi vitam noſtram.

Miſerere noſtri Mater Salvatoris; præſta conſolationem in tribulatione noſtra.

Miſerere contritis corde Domina ſalutis; & refove eos unguento pietatis.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, &c.

PSALMUS II.

AD te Domina clamabo; & anxium cor meum lætificabitur.

Amplectamur immaculatæ MARIÆ vestigia peccatores; & beatis pedibus ejus subvolvamur.

Accedite ad eam cum reverentia, & devotione; & delectabitur cor vestrum in salute sua.

Accedite ad eam in tribulationibus vestris; & stabiliet vos serenitas vultûs ejus.

A rugientibus præparatis ad escam; de manibus quærentium nos, liberati sumus gratiâ illius.

Attendite populi præcepta DEI; & Reginæ Cœli nolite oblivisci.

Aperite cor ad investigandam eam; labiá ad glorificandam illam.

Auferet à corde mæstitiam, & mærores; & suavitate sua cor nostrum dulcorabit.

Adorate illam in decore illius; glorificate Præservatorem pulchritudinis ejus.

Adjutoriô suô evasimus pericula mortis; & de sæva peste liberati sumus.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, &c.

PSALMUS III.

REfugium tu es Domina in tribulatione nostra; & virtus potentior conterens inimicum.

Religiosi omnes honorate illam; quia ipsius Immaculata Conceptio decus est vestrum.

Recurramus ad eam singuli in malis positi; & eripiet nos de periculis mortis.

Recordare Domina, ut loquaris pro nobis bonum; & indignationem Filij tui à nobis avertas.

Respice miserias nostras gloriosa Virgo; & illas removere à nobis, ne tardes.

Recordare Domina pauperum, & miserorum; & sustenta eos ope refugij sancti tui.

Recordare nostri Domina, ut non apprehendant nos mala; succorre nobis in fine, & inveniemus vitam æternam.

Respice Domina humilitatem servorum tuorum; & ne sinas eos periculis subjacere.

Reple nos servos tuos virtutibus sanctis; & libera nos de afflictione pessima.

Reminiscere miserationum tuarum Domina; revela peregrinationem incolatus nostri.

Gloria Patri, & Filio, &c.

PSALMUS IV.

IN te Domina confido; propter multitudinem misericordiæ Nominis tui.

Iudica me Virgo innocentissima, quoniam ab innocentia mea digressus sum; sed quia in te totam pulchram speravi, non infirmabor.

In manus tuas commendo corpus, & animam meam, totam viam meam, & ultimum finem meum

Innova signa, & immuta mirabilia; ut sentiamus adjutorium brachij tui.

Intercede pro nobis Salutifera Mater DEI; quia Angelorum, & hominum salutem peperisti.

Infunde gratiam de thesauris tuis; & mitiga acerbos dolores nostros.

In

Ingrediatur oratio noſtra in conſpectu tuo; & voces gementium ne deſpexeris.

In manibus tuis ſalus, & vita conſiſtunt; ſortes noſtræ, lætitia ſempiterna, & æternitas glorioſa.

Inveniant, quæſo gratiam apud D E V M, qui te in neceſſitatibus ſuis Immaculatam invocabunt.

In periculis, & rebus dubijs; tuum Sanctiſſima Parens inveniant adjutorium.

Ipſa enim mederis contritis corde; & refoves eos ungventô pietatis.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto, &c.

PSALMUS V.

AD MARIAM ſine originali peccato conceptam, cum tri-

bula-

bularer, clamavi; & ex clementia sua exaudivit me.

Ad ipsam levavi animam meam; ut precibus illius adjutus in judicio DEI mei non erubescam.

Ave gratiâ plena, Dominus tecum; per quam salus mundi restauratur.

Ascendisti alternantibus hymnodijs Angelorum ad dexteram DEI; stipata rosis, ac lilijs coronata.

Aufer à nobis itaquè tribulationem nostram; & dulcifica omnem dolorem nostrum.

Avertatur à nobis ira DEI per te; placa eum precibus, & meritis tuis.

Aperiantur nobis per te portæ Iustitiæ; ut ennarrem⁹ omnia mirabilia circa Conceptionem tuam.

Accede ad Dominum rogatura pro nobis; ut per te liberemur de angustijs nostris.

Ad

Adjutorium nostrum sit in virtute Immaculatæ vitæ tuæ; per te omnia opera nostrá dirigantur.

Ab omni tribulatióne libera servos tuos; & fac éos vivere in pace sub protectione tua.

Adorent te in Confraternitatem Immaculatæ Conceptionis tuæ datæ Familiæ Gentium; glorificent te nobiscum, omnibus cum Ordinibus Angelorum.

Gloria Patri, & Filio; & Spiritui Sancto, &c.

Pater noster, &c.

℣. *Et ne nos inducas in tentatione̅,*

℟. *Sed libera nos à malo.*

℣. *Salvos fac servos tuos,*

℟. *DEUS meus sperantes in te.*

℣. *Mitte eis auxilium de Sancto,*

℟. *Et de Sion tuere eos.*

℣. *Per tuam Sanctam & Immaculatam Conceptionem Deigenitrix Virgo.*

℟. *Defende nos ab hoste maligno.*

OREMUS.

COncede nos famulos tuos, quæsumus Domine DEVS, perpetuâ mentis, & corporis sanitate gaudere; & gloriosa Beatæ MARIÆ semper Virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, & æternâ perfrui lætitiâ. Per CHRISTUM Dominum nostrum, Amen.

ORATIO.

Ante Sacramentalem Confessionem.

COnditor Cœli, & terræ, Rex Regum, & Dominus Dominantium, qui me de nihilo creasti ad imaginem, & similitudinem tuam, & per Filium tuum pretiosissimô Sanguine redemisti, quem ego peccator non sum dignus nominare, nec invocare, nec corde cogitare: te suppliciter deprecor,

&

& humiliter exoro, ut clementer respicias me servum tuum nequam: & miserere mei, qui misertus fuisti mulieris Chananeæ, & Mariæ Magdalenæ: qui pepercisti Publicano, & Latroni in Cruce pendenti. Tibi confiteor Pater Pijssime peccata mea, quæ, si volo abscondere, non possum; nam contra me sunt semper, ipsa se produnt. Parce mihi CHRISTE, quem ego multùm offendi, cogitando, loquendo, operando, & in omnibus modis, in quibus ego fragilis homo peccare potui, mea culpa, mea culpa, mea maxima culpa.

Ideo Domine precor tuam clementiam, qui de Cœlo pro mea salute descendisti; qui David à peccati lapsu erexisti. Parce mihi Domine, parce mihi CHRISTE,

qui

qui Petro te neganti pepercisti. Tu es Creator, & Redemptor meus, Dominus meus, & Salvator meus, Rex meus, & DEVS meus. Tu es spes mea, & fiducia mea, gubernatio mea, & auxiliatio mea, consolatio mea, defensio mea, & liberatio mea, vita mea, & resurrectio mea, lumen meum, adjutorium meum, & patrocinium meum. Te deprecor, & rogo, adjuva me, & salvus ero, guberna me, & defende me, conforta me, & consolare me, confirma me, & lætifica me, illumina me, & & vivifica me, suscita me mortuum, quia factura, & opus tuum sum.

Domine, ne despicias me, quia famulus, & servus tuus sum, quàmvis malus, quàmvis indignus, & peccator; sed qualiscunq; sim,

ſim, ad quem ergò confugiam; niſi ad te vadam? Si tu me eijcis, quis me recipiet? ſi tu me deſpicis, quis me aſpiciet?

Recognoſco me ergo indignum ad te refugientem, quamvis ſim vilis, & immundus: quia ſi vilis, & immundus ſum, potes me mundare, qui ſolus de immundis mundos facis: ſi cæcus ſum, potes me illuminare: ſi infirmus ſum, potes me ſanare: ſi mortuꝰ, & ſepultus ſum, potes me reſuſcitare; quia major eſt miſericordia tua, quàm impietas mea; plùs potes dimittere, quàm ego committere; & plùs parcere, quàm ego peccator peccare.

Ne ergo deſpicias Domine, neque attendas multitudinem iniquitatum mearum, ſed ſecundùm

mul-

multitudinē miserationum tuarũ miserere mei, & propitius esto mihi maximo peccatori. Dic animæ meæ: Salus tua ego sum; qui dixisti: *Nolo mortem peccatoris, sed magis, ut convertatur, & vivat.* Converte me Domine ad te, & noli irasci contra me; deprecor te Clementissime Pater propter misericordiam tuam: supplico, & exoro, ut perducas me ad bonum finem, & ad veram pœnitentiam, puram Confessionem, ad quam in spiritu humilitatis accedo, & ad dignam omnium peccatorum meorum satisfactionem, Amen.

ORATIO.

Immediatè ante Confessionem.

PAter misericordiarum, & DEUS totius consolationis, ecce ego prostratus ante te, accerbissimè doleo, quòd offenderim te

Crea-

Creatorem, ac Redemptorem meum: confidens verò in misericordia tua, volo integrè omnes iniquitates meas confiteri, vitamquè serò emendare. Adjuva Domine DEVS pauperem animam meam pretiosissimô Sanguine Filij tui redemptam. Interveni & tu gloriosissima MARIA Immaculatè Concepta, ut inveniam gratiam apud Filium tuum, quam peccando amisi. Vos quoquè Sancti Patroni mei NN. Omnesquè CœliCives orate pro me peccatore: & quia non sum sufficiens ad impetrandam veniam, rogo te mi Sancte Angele Custos, ut offeras hanc bonam voluntatem meam, ut hanc Confessionem perfectè faciam ad laudem, & gloriam DEI, ac salutem animæ meæ. Am:

DEVS propitius esto mihi peccatori. *Ter id repete.* IE-

IESV Fili David miserere mei.

Post hæc provolutus in genua, confitere peccata tua Confessario clarè.

Finita Confessione dices: De his, atq; alijs mihi ignotis, totiusq; vitæ meæ peccatis accuso me, doleo, ac propono emendationem, peroq; salutarem pœnitentiam, & absolutionem.

ORATIO.

Post Confessionem.

O IESV infinite amabilis! unde mihi tam vili terræ vermiculo, tam immundo peccatori, tàm ingrato servo, tàm prodigo filio, tanta miseratio, tanta benignitas, tanta dignatio tantæ Majestatis, tanta dilectio tantæ charitatis? cùm me toties à te longè aberrantem oculis misericordiæ tuæ respicere, erroneum reducere, cæcum illuminare, lapsum erige-

re,

re, & ad pacis osculum invitare non dedignaris. Sanctus, Sanctus, Sanctus Dominus DEVS Sabaoth.

Agnoscaris, ameris, glorificeris infinitè, infinities, ab omnibus, super omnia gratis, propter te in æternum, & ultra.

Quomodò multiplicas super me hucusq; misericordiam tuam, charitatem, & bonitatem ineffabilem? Agnosco, veneror, amplector, omniumq; creaturarum possibilium possibili affectu gratias ago, agamq; in æternum.

Quàm parum, & imperfectè te infinitô honore, obsequiô, amore dignissimum redamavi, glorificavi, insuper toties offendi. Agnosco, detestor ingratitudinem meam, atq; ex animo doleo propter te, ex momento hoc te, tu-
umq;

umq; Sanctissimum beneplacitum brachijs dilectionis, & omni possibili pietatis affectu (licèt me velles annihilare, aut reprobare, quod infinita Bonitas tua non permittet) arctissimè constringo, constringamq; in æternum.

Da, ut sciam, velim, possim, id perfectè præstare, sicut scis, & vis per Sudorem, & Sanguinem tuū: IESV DEVS cordis mei da gratiam, omnia peccata, maximè NN. emendandi: in hac N. virtute proficiendi: hoc N. opus reformandi, ac in Sancta Vocatione perseverandi. Fac, ut in te vivam, in te moriar, in te perennem. Sim obsecro totus tuus, & tu meus ô IESV in æternum per merita tua, Beatæ Virginis Immaculatè Conceptæ, & Omnium Sanctorum, Amen.

ORA-

ORATIONES

Ante Sacrificium Missæ directivæ Intentionis.

DOmine DEVS, ego intendo hoc manè quam maximô amoris, reverentiæ, & devotionis affectu Sanctissimum Missæ Sacrificium Majestati tuæ, cui soli debetur, offerre juxta ritum Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, & ex nunc offero illud unà cum omnibus sacrificijs tibi gratissimis, simulq; pretium Sanguinis IESV CHRISTI, merita Beatæ Virginis, & Omnium Sanctorum, totiusquè Ecclesiæ preces, & laudes, in unione illius Sacrificij, quod CHRISTVS in ultima cœna instituit, & in Cruce consummavit, factus ipse Sacerdos, & Victima, affectu, & nomine ejusdem Domini Nostri

IESV CHRISTI, Totiusq; Ecclesiæ, ex puro tui amore, ac desiderio tui Beneplaciti semper, & in omnibus perficiendi.

Offero tibi illud in protestationem Supremæ & Increatæ Tuæ Excellentiæ, Dominij tui in omnes creaturas, & nostræ subjectionis, ac dependentiæ à te; in gratiarum actionem omnium beneficiorum ulli unquàm creaturæ collatorum, & conferendorum; in plenam abolitionem omnis injuriæ ab ullo unquàm tibi irrogatæ, vel inferendæ, ac in cultum Latriæ tibi soli debitum, cum omnibus adorationibus CHRISTI, Beatissimæ Virginis MARIÆ, ac omnium Angelorum, & Sanctorum; item in augmentum gaudij Humanitatis Domini nostri IESV CHRISTI, in memoriam Vi-

tæ, & Páſſionis ejuſdem, & in augmentum gloriæ, ac beatitudinis Immaculatiſſimæ Virginis, omniumq; Angelorum, & Sanctorum.

Offero etiam illud in gratiarũ actionem pro omnibus beneficiis mihi collatis, in ſatisfactionem pro peccatis meis, de quibus ſummoperè doleo, propter offenſam, & injuriam, quam tibi irrogavi, cum firmo emendationis propoſito, & pro omnibus meis præſentibus, & futuris animæ, & corporis neceſſitatibus.

Offero demùm pro omnibus vivis, atq; defunctis, pro quibus Dominus noſter IESVS CHRISTVS, & Virgo MARIA ſciunt, & volunt, ut ſacrificem; pro parentibus, amicis, conſanguineis, ac benefactoribus meis, pro omni-

gra-

gradu Sanctæ Catholicæ Ecclesiæ, Christianorum Principum unione, hæresum, & schismatum extirpatione, omnium infidelium nationum conversione, pro totius Cleri, & omnium Religiosorum statuum conservatione, & augmento, & pro animarum in purgatorio existentium liberatione, maximè autem pro NN. qui eleëmosynam dederunt, ut secundùm eorum voluntatem hanc Missam celebrarē, quibus intendo hunc fructum applicare, quantùm scis, me posse, vel debere.

Respice ergo me indignissimū famulum tuum, quem pro vivis & defunctis legatione apud te fungi voluisti, ut defunctis requiem indulgeas, & vivis veniam, gratiamq; concedas, tibi rectè, fideliterq; serviendi, & in-

 amo-

amore tuo usquè in finem perseverandi, Amen.

PETITIONES

Ad B. V. MARIAM, (quas ipsa B. Virgo Sanctam Gertrudem docuit lib: 4. c. 90.) pro digna dispositione ad SS. Missæ Sacrificiū.

CAstissima Virgo MARIA, rogo te per illam innocentissimam puritatem, quâ Filio DEi in utero tuo virginali placidam mansionem præparâsti, ut tuis precibus ab omni macula merear emundari.

Humillima Virgo MARIA, rogo te per profundissimam illam humilitatem, quâ super omnes Choros Angelorum, & Sanctorum meruisti exaltari, ut tuis precibus suppleantur omnes negligentiæ meæ.

Ama-

Amabilissima Virgo MARIA, deprecor te per amorem illum inæstimabilem, qui te inseparabiliter DEO conglutinavit, ut tuis precibus præstetur mihi copia diversorum meritorum, Am:

Ad Sanctissimum Patrem FRANCISCUM.

O Beatissime, ac Sanctissime CHRISTI Confessor, Religiosorum Pater, & Dux, Sancte FRANCISCE; ecce ego miser peccator, qui non sum dignus vocari filius tuus, nihil de mea justitia præsumens, sed de clementia DEI, & tuis gloriosis meritis confidens, intendo nunc offerre Divinæ Majestati Cœleste Sacramentum Corporis, & Sanguinis Domini nostri I E S V CHRISTI pro tua gloria, & beati-

atitudine. Obsecro igitur te Pater Sanctissime, per illius amorem, & honorem, qui te elegit de mundo, & in conspectu suo beatificavit, ut digneris sic ardenter orare pro me, ut tuarum precum interventu adjutus, divinissimum mysterium dignè tractare, & sumere valeam, & ab omnibus malis corporis, & animæ defendi, ut tandem tecum, & cum omnibus Sanctis, & Electis DEI pervenire merear ad laudandum, & possidendum ejus beatissimam Visionem æternaliter in cœlis; Amen.

Ad Sanctum, vel ad Sanctam diei, de quô vel qua festum agitur.

O Sancte, vel Sancta N. cujus hodiè memoriam in terris celebramus, ego fragilis pecca-

cator de tuis meritis confidens, intendo hoc manè offerre Sacratissimum SACRAMENTUM Corporis, & Sanguinis Domini nostri IESV CHRISTI pro tuo honore, & gloria. Precor te humiliter, & devotè, ut pro me hodiè intercedere digneris, ut tantum sacrificium dignè, & acceptabiliter offerre valeam, eumq; tecum, & cum omnibus Electis ejus æternaliter laudare, & cum eo regnare merear, Amen.

Ad Omnes Angelos, & Sanctos.

ANgeli, Archangeli, Throni, Dominationes, Principatus, Potestates, Virtutes cœlorum, Cherubim, atq; Seraphim, omnes Sancti, & Sanctæ DEI, præsertim Patroni mei, intercedere dignemini pro me, ut hoc Sacrificium

DEO

DEO Omnipotenti dignè valeam offerre ad laudem, & gloriam nominis sui, & ad utilitatem meam, totiusq; Ecclesiæ suæ Sanctæ, Am:

Terna amoris ad IESUM suspiria ante Missam.

1. ACcende ô IESV igne amoris tui cor meum, (quod tibi in holocaustum offero) omnesq; terreni amoris flammas extingue; ut nihil in mundo mihi placeat, præter te. In amore tui vivere cupio, & mori exopto.

2. Vota tua, mi IESV, sunt: venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, & ego reficiam vos. Et expansis in cruce brachijs me expectas: en venio, ô IESV, admitte me, obsecro, & concede, ut in amoris tui complexu tibi semper conjunctus permaneam.

3. Præcipitur mihi, ne appa-
ream in conſpectu tuo vacuus.
Sed quid dabo tibi, mi IESV? ac-
cipe tuæ bonitatis dona, animæ
meæ facultates, quas tibi in ob-
ſequium offero, memoriam, intel-
lectum, voluntatem. Tui ſolius
meminerim, nihil ſciam extra
te, nihil præter te amem, nec
in ulla re mea, ſed tui ſolius vo-
luntas fiat, Amen.

ORATIO

Ante Communionem.

QVis ego ſum benigniſſime
IESV, ut deſiderio apud
me manendi tenearis? num viliſ-
ſimam meam originem ignoras?
Non ſum ex numero Cœleſtium
illarum legionum, non Seraphim,
non Archangelus, non Angelus,
nec aliquis ex Sacratiſſimis Spiri-

tibus. Homo ſum, qui ante nihil fui, ex terræ limo ducens initium. Putredo Pater meus eſt, Mater mea, & Soror mea vermis. Quid igitur reperis in me, quod te tantoperè delectet: fortaſsè, ó ſpecioſiſſime formâ præ filijs hominum, deliciæ tuæ ſunt, eſſe cum filijs hominum? Verùm, non ſum ego Moyſes, non Abraham, non Iacob: longè abſum à ſanctitate Ioannis, à puritate ſemper puriſſimæ MARIÆ Virginis, à charitate Apoſtolorum, à Sanctorum tuorum perfectione. Peccator ſum, tuâ præſentiâ indignus, qui te pro fœda voluptate, pro lucro temporali, non ſemel vendidi. Et ego jam te cum Iuda oſculabor? & velut Regem Iudæorum arundine, hoc eſt, vacuitate virtutis, & nimia levitate vitæ meæ caput tuum percutiam?

Si Sanctus IOANNES BAPTISTA in utero matris sanctificatus, Vir tantus, & tàm admirabilis, non reputat se dignum, qui tangat, aut solvat corrigiam calceamenti tui. Si Sanctus PETRUS Apostolorum Princeps præsentiam tuam in navicula sua extimescens dicit: *Exi à me Domine, quia homo peccator sum.* Si Centurio indignum se dicit: *sub cujus intres tectum*: quomodò ego totus in peccatis natus audebo te, non dicam, tangere, sed etiam in me accipere, & manducare? O Flos campi! o Lilium convalium! Panis Angelorum! quomodò nunc à bestia manducaberis? quomodò, qui pasceris inter lilia, pascuæ locum apud me inter spinas, & tribulos invenies?

Memini tamen Domine, quia

 mere-

meretricem suscepisti, quia cum peccatoribus manducâsti, quia multò gratiores tibi fuerunt lachrymæ Magdalenæ, quàm Pharisæi epulæ: ideo ad te venio alacris, & bonæ spei plenus, quòd me non rejicies, nec repudiabis. Quare ô bone IESV venientem me recipe, ac tibi per hunc panem mysticum, quem in me accipere ausus sum, me conjunge.

Et quamvis ô Suavissime IESV, ab hac mensa justissimus timor, & magnitudo scelerum memorum me abducat, & abstrahat; spes tamen, & amor, quem cognita miserationum tuarum immensitas parit, urgent, & invitant; scio enim te dixisse: *Non veni vocare justos, sed peccatores.* Non est opus Medicô sanis, sed malè habentibus; ideoq; Zachæo publi-

cano

cano desideriô tui videndi accenso & ostendisti te, & eum benignè compellâsti, cumq; eo agere, & manducare voluisti. Vt quid ego de tua misericordia bone IESV diffidam? cur ad mensam tuam invitatus non provolem? in qua mihi pharmacum salutis porriges, & propinabis vinum, quod germinare facit Virgines, quod serpentes interimit, quod vitam mortuis restituit. Veni ergo Domine, ostende mihi faciem tuam, ingredere in domum meam, dic: quia salus facta est domui meæ; & cur non salus illi fiet? ad quam, Salvator diverterit, Amen.

ORATIO

Ad B. V. MARIAM, ante Missam, vel Communionem.

O Mater pietatis, & misericordiæ

diæ Virgo MARIA, ego miser, & indignus peccator ad te confugio totô corde, & affectu, & precor pietatem tuam, ut sicut dilectissimo Filio tuo in Cruce pendenti adstitisti; ita & mihi nunc ad mensam ejus Divinam accedenti assistere digneris, ut tuâ gratiâ adjutus eum non indignè merear accipere, Amen.

GRATIARVM ACTIO POST MISSAM.

Antiph: Trium puerorũ, &c. *ut infra.*

Hæc Antiphi duplicatur in festis duplicibus & tempore Paschali in fine additur Alleluia.

Canticum trium puerorum.

BEnedicite omnia opera Domini Domino: * laudate & superexaltate eum in sæcula.

Benedicite Angeli Domini Domino: * benedicite cœli Domino.

Be-

Benedicite aquæ omnes quæ super cœlos sunt Domino: * benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicite Sol & Luna Domino: * benedicite ſtellæ cœli Domino.

Benedicite omnis imber & ros Domino: * benedicite omnes Spiritus Dei Domino.

Benedicite ignis & æſtus Domino: * benedicite frigus & æſtus Domino.

Benedicite rores & pruina Domino: * benedicite gelu & frigus Domino.

Benedicite glacies & nives Domino: * benedicite noctes & dies Domino.

Benedicite lux & tenebræ Domino: * benedicite fulgura & nubes Domino.

Be-

Benedicat terra Dominum: * laudet & superexaltet eum in sæcula.
Benedicite montes & colles Domino: * benedicite universa germinantia in terra Domino.
Benedicite fontes Domino: * benedicite maria & flumina Domino.
Benedicite cete & omnia quæ moventur in aquis Domino: * benedicite omnes volucres cœli Domino.
Benedicite omnes bestiæ & pecora Domino: * benedicite filij hominum Domino.
Benedicat Israël Dominum: * laudet & superexaltet eum in sæcula.
Benedicite Sacerdotes Domini Domino: * benedicite servi Domini Domino.
Benedicite Spiritus & animæ Iustorum Domino: * benedicite, Sancti & humiles corde Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misâél Domino: * laudate & superexaltate eum in sæcula.

Benedicamus PATREM, & FILIUM, cum Sancto SPIRITU: * laudemus & superexaltemus eum in sæcula.

Benedictus es Domine in firmamento cœli: * & laudabilis & gloriosus & superexaltatus in sæcula.

PSALMUS 150.

LAudate Dominum in Sanctis ejus: * laudate eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus: * laudate eum secundùm multitudinem magnitudinis ejus.

Laudate eum in sono tubæ: * laudate eum in psalterio & Cythara.

Laudate eum in tympano, & choro: * laudate eum in chordis & organo.

Laudate eum in Cymbalis benè sonantibus; laudate eum in Cymbalis jubilationis: * omnis spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri, & Filio, &c.

Deinde repetitur Antiphona.

Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant Sancti in camino ignis ardentis, benedicentes Dominum.

Tempore Paschali additur Alleluia.

Kyrie eleison, Christe eleison. Kyrie eleison.

Pater noster, &c.

℣. *Et ne nos inducas in tentationem.*

℟. *Sed libera nos à malo.*

℣. *Confiteantur tibi Domine omnia opera tua,*

℟. *Et Sancti tui benedicant tibi.*

℣. *Exultabunt Sancti in gloria.*

℟. *Lætabuntur in cubilibus suis.*

℣. *Non nobis Domine, non nobis,*

℟. *Sed Nomini tuo da gloriam.*

℣. *Domine exaudi orationem meam,*

℟. *Et clamor meus ad te veniat.*

℣. *Dominus vobiscum,*

℟. *Et cum spiritu tuo.*

OREMUS.

DEUS, qui tribus pueris mitigasti flammas ignium, concede propitius; ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

Actiones nostras quæsumus Domine, aspirando præveni, & adjuvando prosequere: ut cuncta nostra oratio & operatio, à te semper incipiat, & per te cœpta finiatur.

Da nobis quæsum9 Domine; vitiorũ nostrorũ flãmas extinguere,

qui

qui Beato Laurentio, tribuisti tormentorum suorum incendia superare. Per Christum Dominum nostrum, Amen.

O R A T I O
Post Communionem,

MIrantur ô bone IESV omnes creaturæ, te in purissimum MARIÆ Matris tuæ uterum descendisse, cùm tamen illa integerrima, & ab instanti conceptionis omni virtute, ac gratiâ refertissima fuerit. At magis mirari debent, voluisse te, in me ingredi, a me recipi, à me deformi, inopi, & sordido teneri. Benedicant te omnes Angeli tui bone IESV, quia quod proprium est sponsis, mihi præstitisti, dùm me inseparabili vinculô tibi in hoc Sanctissimo SACRAMENTO conjun-

junxisti. Effice ergo castissime Sponse, ut te solum diligam, te unum sitiam, & amem: effice, ut me nullæ mundi illecebræ, nulla carnis voluptas, nullæ dæmonum insidiæ à te avellant, & separent.

Memini amantissime IESV, quòd omnis turba quærebat te tangere; quia virtus à te exibat, & sanabat omnes. Ecce ego te jam non tetigi tantùm, sed in me quoq; accepi. Exeat, quæso, à te virtus, quæ omnes languores meos sanet, quæ vires novas subjiciat ad serviendum tibi, ad resistendum suggestionibus inimici: dona mihi syndonem castitatis, & puritatis, dona myrrham mortificationis, ut Sanctissimum Corpus tuum dignè in corde meo recondam, ut gratiâ ipsius delibut9,

à criminibus purus, nullô mortiferæ perturbationis venenô inficiar, & corrumpar; ſed odor & mihi, & alijs ſim in vitam, & in Nominis tui gloriam ſempiternam. Amen.

ORATIO
Poſt Communionem ad Sanctiſſimam Immaculatam Parentem.

COm̃endo me tibi Sereniſſima, verèq; inclyta Virgo MARIA, cœli, & terræ Regina, quæ in tuo Sacratiſſimo Utero eundẽ Dominum, & omnium Creatorem, quem ego modò ſuſcepi, de Spiritu Sanctò conceptum dignè portâſti. Precor te Matrem DEI Sanctiſſimam per Sanctam, & Immaculatam Conceptionem tuam, ut pro me Sodali tuo indigno, apud eundem Filium tuum in-

intercedas, & quàcunq; ratione in summi Sacramenti hujus sumptione deliqui, istius negligentiæ, & indignitatis meæ veniam impetres. Tu semper pura, casta, innocens per æternam prævisionem fuisti, & post conceptũ Filium tuũ etiam castior, purior, & sanctior, Deoq; gratissima evasisti: utinam & ego Divini Sacramenti perceptione ita sanctificer, ut deinceps cor meum, & corpus ab omni macula lethalis peccati tuear impollutum. Tu concepto Domino meo magnificas laudes decantâsti, & in DEO salutari tuo mirabiliter exultâsti. O si tuis efficacibus precibus id assequar, Sanctissima Virgo, & Immaculata DEI Mater, ut cum hac Sacra Communione novum, & ardentem spiritum concipiam, ac semper

in

in pia gratiarum actione versem, tantoquè Salvatori, Redemptori, & Hospiti meo me nunquàm ingratum, sed fidum in omnibus ministrum ostendam, fiat, fiat, Amen.

HYMNUS

Pro Animabus Confratrum & Sororum, in Confraternitate Immaculatæ Conceptionis Defunctorum, ad Beatissimam Immaculatè Conceptam, sub tempus Elevationis dicendus, vel cantandus.

LUgentibus in purgatorio:
Qui purgantur ardore nimiô,
Et torquentur sinè remedio:
Subveniat tua compassio,
O MARIA.

Fons és patens, quæ culpas abluis:
Omnes sanas, & nullum respuis,
Manum tuam extende mortuis:
Qui sub pœnis languent continuis,
O MARIA.

Ad te pia suspirant mortui,
Cupientes de pœnis erui,
Et adesse tuo conspectui,
Et gaudijs æternis perfrui,
O MARIA.

Clavis David, quæ Cœlum aperis,
Nunc Beata succurre miseris,
Qui tormentis torquentur asperis,
Educ eos de domo carceris,
O MARIA.

Lex justorum, norma credentium,
Vera salus in te sperantium,
Pro defunctis sit tibi studium,
Assiduè orare Filium,
O MARIA.

Benedicta per tua merita,
Te rogamus mortuos suscita,
Post dimissa eorum debita,
Ad requiem sis eis semita,
O MARIA.

O R A T I O.

DEUS veniæ Largitor, & humanæ salutis Amator, quæ-

sumus clementiam tuam, ut Confraternitatis Immaculatæ Conceptionis Fratres, Sorores, Propinquos, & Benefactores, qui ex hoc sæculo transierunt, Beata MARIA semper Virgine intercedente cum omnibus Sanctis tuis, ad perpetuæ beatitudinis consortium pervenire concedas. Per Dominum nostrum, &c.

Oratio secunda tàm pro vivis, quàm mortuis.

ORamus te Immaculata, & piissima Virgo MARIA, mundi Regina, & Angelorum, ut eis, quos purgatorius examinat ignis, impetres refrigerium, peccatoribus indulgentiam, justis in bono perseverantiam, nos quoq; fragiles, qui tuum honorem sub mysterio primo Immaculatæ Conce-

ceptionis tuæ pro viribus promovemus, ab instantibus defende periculis. Per Dñum nostrum, &c.

Orationes variæ ad SS. Patronos.

ORATIO
Ad Sanctum IOSEPHUM

Virginum Custos, & Pater S. IOSEPHE, cujus fideli custodiæ ipsa innocentia CHRISTVS IESVS, & Virgo Virginum MARIA in terris commissa fuit: te per utrumq; charissimum pignus tuum, IESVM, & MARIAM obsecro, & obtestor, ut me ab omni immunditia præservatum, mente intaminatâ, purô corde, & castô corpore IESV, & MARIÆ semper facias castissimè famulari, Amen.

Ad Sanctum, vel Sanctam dici.

AVe vernans flos cœli, & glo-

tiose Paradisi Civis, Beate N. Gratias ago Domino DEO pro omnibus donis, quæ in te contulit; sed cùm non sit decora laudatio per os peccatoris, tu Patrone dilectissime ora pro me misero peccatore, & plenam mihi impetra veniam delictorum, spiritum bonum, ac sanctam gratiam, ut DEO meo perfectè reconciliatus, semper ei placeam, nec unquàm in ejus amore deficiam; adesto mihi nunc, & in hora mortis meæ, tunc me benignè consolare, conforta, & protege. Effice tuis meritis, ut anima mea tota munda hinc exeat, & ad vitam æternam perveniat, Amen.

Ad S. IVDAM THADÆVM.

O Gloriose Apostole S. IVDA, per illum, qui te sibi Apostolum

lum adſcivit, te deprecor, ut me miſerum à conſuetudine peccatorum meorum abſtrahas, ab omnibus adverſitatibus, & pœnis, quas pro peccatis meis mereor, & à cogitationibus immundis me tuis meritis emundes; à periculis corporis, & animæ, ab ira, & odiô, ab omni mala voluntate, à ſubitanea, & improviſa morte liberes, foveas, & protegas: in rebus deſperatis tuô mihi adſis patrociniô, ac tandem ad inviſibilem tuis precibus evehas gloriam, ubi Sancta TRINITAS adoratur in Patre, Filio, & Spiritu Sancto, Amen.

Ad S. BARBARAM Virginem, & Martyrem.

O Sanctiſſima Virgo BARBARA, quodcunq; Sponſi tui vi-

viribus potes, mihi nunc, & in mortis articulo, obsecro, ut suppedites: adjuva me miserum, ne in peccatis moriar; effectum hunc habeat tuâ intercessione primitus à CHRISTO tibi facta promissio, cûm fidem ejus tuô sanguine consecrares. Redeat in memoriam Sponso tuo virgineus collô tuô exuberans sanguis, recordetur ardentissimæ tuæ charitatis, nec animam meam è corpore exire permittat, nisi confessione expiatam, & Sanctissimæ Eucharistiæ SACRAMENTÓ refectam, Amen.

Ad S. IOANNEM NEPOMVCENVM

DEVS, cui soli debetur omnis honor & gloria; te per gloriosa merita Sancti Martyris tui IOANNIS NEPOMVCENI suppliciter exoro, ut omnem infamiam,

&

& confusionem publicam undecunq; mihi impendentem misericorditer avertere digneris; & concede, sic uti honore temporali, ut æternam confusionem evadere, & in cœlesti gloria merear collocari. Per Dñum nostrum IESVM CHRISTVM Filium tuum, qui ab æterna confusione, ignominiosâ morte Crucis nos redemit, & nunc tecum vivit, & regnat DEVS in sæcula sæculorum, Am:

Ad S. DISMAM.

O DISMA Latro pœnitens, lectissime Patrone, sis mihi tutor, moriens, dum lucter in agone.

O R E M U S.

SAncte DISMA, qui mirâ DEI Providentiâ ex nefario Latrone in eximium pœnitentiæ speculum evasisti, & paucas intra horas æter-

terna tibi gaudia præparâſti; reſpice de ſublimi gloriæ tuæ throno in hanc vallem miſeriæ. Recordare ô Sancte mirabilis mentis humanæ fragilitatis ad malum ſemper, quàm ad bonum magis proclivis. Recordare, & pro nobis ad DEVM appella, ut ſicut per gratiam ſuam efficacem ad pœnitentiam, & Paradiſi cœleſtis gloriam te perduxit, ita nos famulos tuos eadem efficaci gratiâ ad dignos pœnitentiæ fructus impellat, ut peccata tecum abolentes, piè tibi commoriamur, ac unà tandem in DEO Salutari noſtro perenniter exultemus. Amen.

Ad S. APOLLONIAM Virginem, & Martyrem.

VIrgo DEI egregia,
Pro nobis APOLLONIA,
Funde preces ad Dominum,
Vt tollat omne noxium,

Ne pro reatu criminum,
Morbô vexemur dentium;
Sed ſanitate capitis,
Iucundemur & corporis.

℣. *Specie tua, & pulchritudine tua,*
℟. *Intende, proſpere procede, & regna.*

ORÉMUS.

DEVS, pro cujus honore Beata APOLLONIA Virgo, & Martyr horribilem dentium excuſſionem ſuſtinuit; præſta quæſumus, ut qui ejus memoriam, piâ devotione frequentant, à tetro dentium dolore, omniq; capitis affectione immunes cuſtodias, & poſt hujus vitæ ærumnas ad beatæ Patriæ gaudia perducas. Per CHRISTVM Dñum, &c.

ORATIO
Ad omnes Sanctos.

SVccurrite mihi quæſo omnes

Sancti, ad quorum ego miserrimus peccator patrocinia confugio. Succurrite mihi, antequàm mors me rapiat, antequàm ira DEI me disperdat, antequàm infernus me devoret. O Beatissima Virgo MARIA, CHRISTI MATER, & DEI Sponsa gloriosa exaudi me, salva me, custodi me, obtine mihi fidem rectam, spem firmam, charitatem perfectam, humilitatem, castitatem, & sobrietatem. Et tu Sancte MICHAEL Archangele cum omnibus Angelis ora pro me, & eripe me de potestate adversariorum meorum. Adjuva me, obtinere DEI amorem, cordis decorem, & fidei vigorem. Vos quoq; Sancti Patriarchæ, & Prophetæ DEI poscite mihi à DEO indulgentiam, patientiam, constantiam, sanctamq; perseverantiã.

O

O Beati Apostoli DEI solvite me à peccatis, defendite me, confortate, & ad regnum cœleste perducite. Per vos Sancti Martyres DEI detur mihi à DEO charitas sancta, pax sincera, mens pura, & vita casta. O gloriosi Confessores DEI, SIMON de LIPNICA, IOANNES CANTI, IOANNES à CAPISTRANO, orate pro me, ut per vos tribuatur mihi cœlestis concupiscentia, morum reverentia, & mandatorum DEI observantia. Vos rogo omnes Sanctæ Virgines, CATHARINA, BARBARA, APOLLONIA, URSULA cum Sociabus, cæteræq; Sponsæ DEI, adjuvate me, ut bonam habeam voluntatem, cordis, & corporis sanitatem, piam fraternitatem, prudentiam, justitiam, fortitudinem, temperantiam, & o-

mnium peccatorum meorum à DEO indulgentiam. Omnes Sancti, & Sanctæ DEI rogo vos, & deprecor, subvenite mihi, misere mini mei, corrigite me, erigite me, & orate pro me instanter, ut per vos detur mihi à DEO conscientia sancta, compunctio salutaris, contritio lachrymosa, pura confessio, grata satisfactio, honesta conversatio, vita honorabilis, consummatio laudabilis, & me adjuvate, ut ad vos pervenire valeam, præstante Domino nostro IESV CHRISTO qui cum DEO Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in sæcula sæculorum, Amen.

CORONELLA

In honorem Immaculatæ Conceptionis Beatissimæ Virginis MARIÆ

CONSCRIPTA,

Et Pientissimis Confratribus ejusdem Mysterij Cultoribus

OBLATA,

Ad laudandam Sanctissimã TRINITATEM in tres partes

DIVISA,

Ut Sanctissimæ TRINITATI gratias solvant pro Excellentijs Gloriosæ Virgini MARIÆ collatis hoc modô

RECITANDA.

Primò præmittatur Symbolum, seu Fidei Confessio Apostolica per Credo in unum Deum &c. *quo recitato.*

Pro

Pro prima Parte Coronæ dicatur Pater noster, *& quatuor* Ave MARIA: *quibus finitis, gratiæ agantur DEO Patri Omnipotenti, & offeratur hæc pars Coronæ modo sequenti:*

OFfero tibi PATER Æterne hanc partem Coronæ Immaculatæ Filiæ tuæ in plenam, & integram adorationem Sanctissimæ Personæ tuæ, gratias agens infinitæ Majestati tuæ pro quatuor donis specialiter per te Integerrimæ Virgini MARIÆ Filiæ tuæ collatis.

1. Quòd illam ab æterno ordinâsti in Matrē Vnigenito Filio tuo.
2. Quòd illam in Conceptione ab originali peccato præservâsti.
3. Quòd illam omnibus gratijs tuis exornâsti.
4. Quòd illam ab omni peccato actuali immunem servâsti.

Pro

Pro his favoribus tibi sit summa laus, honor, & gloria, in sæcula, Amen.

Pro secunda Parte Coronæ dicatur Pater noster, & quatuor Ave MARIA, reddanturq; gratiæ Vnigenito DEI Filio, & offeratur hæc pars modô sequenti.

OFfero tibi Æterne Fili IESV CHRISTE, mundi Salvator, hanc secundam partem Coronæ, in honorem Immaculatæ Conceptionis Sanctissimæ MATRIS tuæ MARIÆ, & tui supremam laudem; gratias agens tibi, pro donis, ipsi collatis, & præcipuè.

1. Quòd illam per Angelum Gabrielem visitâsti, & Incarnationem tui in Sanctissimo Utero ejus nunciâsti.
2. Quòd in eodem Sancto Ute-

ro

ro Naturam nostram assumpsisti, & Homo factus es.
3. Quòd de illa sine dolore nasci dignatus es,
4. Quòd illius dulcissimis uberibus lactari mirabiliter voluisti.
Pro his privilegijs sit tibi summa laus, honor, & gloria in sæcula.

Pro tertia parte Coronæ dic Pater noster, *& quatuor* Ave MARIA, *& hanc offeras cum gratiarum actione Spiritui Sanctissimo: sic,*

OFfero tibi hanc tertiam partem Coronæ Immaculatæ Sponsæ tuæ MARIÆ SPIRITVS Sanctissime in honorem, & exaltationem donorum tuorum, gratias tibi agens infinitas; quòd specialiter his exornâsti Sanctissimam Animam Virginis MARIÆ, Patronæ meæ, & præcipuè: 1.

1. Quòd illam in caput Virginum evexisti.
2. Quòd illi Coronam Martyrij non denegâsti.
3. Quòd illam Magistram Apostolorum fecisti.
4. Quòd illam cum Corpore, & Anima ad Cœlum assumpsisti, & supra omnem creaturam extulisti.

Pro his favoribus sit tibi summa laus, honor, & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto.

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

℣. *Cum jucunditate Immaculatam Conceptionem Virginis MARIÆ recolamus,*

℟. *Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum nostrum IESVM CHRISTVM Filium suum.*

OREMUS.

DEVS, qui conceptam sine macula originali Sanctissimã Virginem MARIAM, Matrem tuam Apostolo tuo IOANNI in corona duodecim stellarum splendidissima revelâsti; da nobis fidelibus tuis, ipsà intercedente, qui in terris duodenas excellentias ejus recolimus; ut coronâ immortalis gloriæ tuæ coronemur in cœlis. Qui vivis, & regnas cum DEO Patre, in unitate Spiritûs Sancti DEVS per omnia sæcula sæculorum, Amen.

Qui recitat hanc Coronam, ac si recitasset Rosarium, consequitur Indulgentiam plenariam à SS. Papa BENEDICTO XIII. *concessam.*

OFFICIUM IMMACULATÆ CONCEPTIONIS B. V. MARIÆ.

AD MATUTINUM.

℣. Eja mea labia nunc annunciate,

℟. Laudes, & præconia Virginis Beatæ.

Domina in adjutorium meum intende,

Me de manu hostium potenter defende.

Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto,

Sicut erat in principio, & nunc, & semper, & in sæcula sæculorum, Amen.

HYMNUS.

SAlve mundi Domina, cœlorum Regina:

Sal-

Salve Virgo virginum, Stella matutina,
Salve plena gratiæ, clara lux Divina,
Mundi in auxilium Domina festina
Ab æterno Dominus te præordinavit,
Matrem Unigeniti Verbi, quô creavit,
Terram, pontum, æthera: Te pulchram ornavit
Sibi Sponsam, ut in qua Adam non peccavit.

℣. *Elegit eam DEUS, & praelegit eam.*

℟. *In tabernaculo suo habitare fecit eam.*

Domina exaudi orationem meam,
Et clamor meus ad te veniat.

ORATIO.

SAncta MARIA, Regina coelorum,

rum, Mater Domini nostri IESV CHRISTI, & mundi Domina, quæ nullum derelinquis, & nullum despicis: respice me Domina clementer oculô tuæ pietatis, & impetra mihi apud tuum dilectũ Filium cunctorum veniam peccatorum; ut qui nunc tuam Sanctam Conceptionem devotô affectu recolo, æternæ in futurum beatitudinis bravium capiam, ipsô, quem Virgo peperisti, donante Dominô nostrô IESV CHRISTO, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat in TRINITATE perfecta DEVS, in sæcula sæculorum, Amen.

Domina exaudi orationem meam.
Et clamor meus ad te veniat.
Benedicamus Domino,
DEO gratias.

Et fidelium animæ per misericordiam Dei requiescant in pace, Amen.

AD PRIMAM.

Domina in adjutoriũ, &c. *ut suprà.*

HYMNVS.

SAlve Virgo sapiens, Domus DEO grata,
Columnâ septemplici, mensâquè exornata.
Ab omni contagio mundi præservata,
Ante Sancta in utero Parentis, quàm nata.
Tu Mater viventium, & Porta es Sanctorum,
Nova Stella ex Iacob; Domina Angelorum.
Zabulo terribilis acies castrorum,
Portus, & refugium sis Christianorum.

℣. *Ipse creavit eam in Spiritu Sancto.*
℟. *Et effudit eam super opera manuum suarum.*

Oratio, *ut suprà.* Sancta MARIA, &c.

AD TERTIAM.

Domina in adjutoriū &c. *ut suprà*

HYMNVS.

SAlve Arca fœderis, thronus Salomonis,
Arcus pulcher ætheris, Rubus visionis,
Virga frondens, germinis, Vellus Gedeonis,
Porta clausa Numinis, & favus Samsonis;
Decebat tàm nobilem natum præcavere,
Te ab originali labe matris Evæ:
Almam, quam elegerat Genitricem verè,
Nulli prorsus patiens culpæ subjacere.

℣. *Ego in altissimis habito,*

℞. *Et thronus meus in columna nubis.*

Oratio *ut suprà.*

AD

AD SEXTAM.

Domina in adjutoriũ, &c. *ut suprà.*

HYMNUS.

SAlve ô puerpera, Templum TRINITATIS,
Angelorum gaudium, cella puritatis:
Solamen mærentium, hortus voluptatis,
Palma patientiæ, Cedrus castitatis.
Terra es benedicta, & Sacerdotalis,
Sancta, atquè immunis culpæ originalis:
Civitas Altissimi; porta Orientalis,
In te est omnis gratia Virgo singularis.

℣. *Sicut lilium inter spinas,*
℟. *Sic amica mea inter filias Adæ.*

Oratio *ut suprà.*

AD

AD NONAM.

Domina in adjutoriũ, &c. *ut suprà.*

HYMNVS.

SAlve Urbs refugij, turrisquè munita,
David propugnaculis, armisquè insignita.
Tu in Conceptione charitate ignita,
Infernalis potestas est à te contrita.
Eja mulier fortis, & invicta Iudith,
Pulchra Abisai Virgo verum fovens David,
Rachel procuratorem Ægypti gestavit,
Sed Salvatorem mundi MARIA portavit.

℣. *Tota pulchra es amica mea,*
℟. *Et macula originalis non est in te.*

Oratio *ut suprà.*

AD VESPERAS.

Domina in adjutoriū, &c. *ut suprà.*

HYMNVS.

SAlve horologium, quô retrò trahatur,
Sol in decem lineis, Verbum incarnatur:
Homo, ut ab inferis, ad summa tollatur,
Immensus ab Angelis paulò minoratur:
Solis hujus radijs MARIA coruscat,
Et consurgens aurora in conspectu micat:
Lilium inter spinas, quæ serpentis terat
Caput, pulchra ut Luna, errantes collustrat.

℣. *Ego feci in cœlis, ut oriretur lumen indeficiens,*

℟. *Et sicut nebula texi omnem terrā.*

Oratio *ut suprà.*

AD COMPLETORIUM.

Convertat nos Domina, tuis precibus placatus IESVS CHRISTVS Filius tuus,

Et avertat iram ſuam à nobis.

Domina in adjutoriũ, &c *ut ſuprà.*

HYMNVS.

SAlve Virgo nobilis, Mater illibata,
Regina clementiæ, ſtellis coronata.
Supra omnes Angelos pura immaculata,
Atquè ad Regis dexteram ſtans, veſte inaurata:
Per te Mater gratiæ, dulcis ſpes reorum,
Refulgens ſtella maris, portus naufragorum;
Patens cœli Ianua, Salus infirmorum,
Videamus Triadem in aula Sanctorum,

 ℣.

℣. *Oleum effusum MARIA Nomen tuum,*

℟. *Servi tui dilexerunt te nimis.*

Oratio *ut supra.*

COMMENDATIO.

SUpplices offerimus tibi Virgo pia,
His horas canonicas, fac nos ut in via,
Ducas cursu prospero, & in agonia,
Præsens nobis assiste ô dulcis MARIA, Amen.

Sequens Antiphona *à Paulo V. Pont: Max: approbata, qui eandem cum Oratione Immaculatæ Concept: B. V. MARIÆ recitaverint, ÿs concessit centum annorum Indulgentiam.*

ANTIPHONA.

HÆc est Virga, in qua nec nodus originalis, nec cortex actualis culpæ fuit. ℣.

℣. *In Conceptione tua Virgo immaculata fuisti.*

℟. *Ora pro nobis Patrem, cujus Filium peperisti.*

ORATIO.

DEVS, qui per Immaculatam Virginis Conceptionem dignum Filio tuo habitaculum præparâsti; quæsumus, ut qui ex morte ejusdem Filij tui prævisa, eam ab omni labe præservasti, nos quoquè mundos ejus intercessione ad te pervenire concedas. Per eundem Dñum nostrum, &c.

LITANIÆ.

De Immaculata Conceptione

B. V. MARIÆ.

KYrie eleison, Christe eleison, Kyrie eleison.

Christe audi nos,

Christe exaudi nos.

Pater de cœlis DEVS, Miserere nobis.

Fili Redemptor mundi DEVS, Miserere nobis.

Spiritus Sancte DEVS, Miserere nobis.

Sancta Trinitas unus DEVS, Miserere nobis.

Sancta, & Immaculata MARIA, Ora pro nobis.

Sancta DEI Genitrix, Ora pro ñ.

Sancta Virgo Virginum, Ora pro nobis.

Virgo immaculata, ab originali noxa sola gratiosè præservata,

Virgo immaculata, viventium Mater,

Virgo immaculata, morte prævisâ Filij tui redempta,

Virgo immaculata, Sapientiæ Sedes,

Virgo immaculata, Cœli Porta.

Ora pro nobis.

Virgo immaculata, sine macula Speculum, Ora pro nobis.

Virgo immaculata, sine spinis Lilium,

Virgo immaculata, Horte concluse,

Virgo immaculata, matutina Stella,

Ora pro nobis.

Virgo immaculata, Lunâ pulchrior,

Virgo immaculata, Sole splendidior,

Virgo immaculata, ab Angelis adorata,

Virgo immaculata, à Patriarchis, & Prophetis demonstrata,

Ora pro nobis.

Virgo immaculata, Angelis Superior,

Virgo immaculata, Cœli Regina,

Virgo immaculata, Christianorum Spes,

Ora pro nobis.

Vir-

VIRGO immaculata, unica nostra consolatio, Ora pro nobis.
VIRGO immaculata, Prædestinatorum insigne decus, Ora pro n̄.
VIRGO immaculata, creaturis eminentior, Ora pro nobis,
Ab omnibus periculis, Libera nos immaculata VIRGO.
Per Immaculatam Conceptionem tuam, Rogamus te, exaudi nos immaculata VIRGO.
Ut veram pœnitentiam agamus, Exaudi nos immaculata VIRGO.
Ut Ecclesiæ Sanctæ pace, & totius Christianitatis unitate lætemur, Exaudi nos immaculata VIRGO.
Ut ad mysterium Immaculatæ Conceptionis tuæ devotos Fratres, & Sorores in benedictionibus Domini conservare digneris, Exaudi nos immaculata VIRGO.

Ut omnibus fidelibus defunctis requiem æternam impetrare digneris, Te rogamus, audi nos immaculata VIRGO.

Agnus DEI, qui tollis peccata, &c.

ANTIPHONA.

TOta pulchra es MARIA, & macula originalis non est in te; tu gloria Jerusalem: tu lætitia Israël, tu honorificentia populi nostri: tu advocata peccatorum. O MARIA, ô MARIA, VIRGO prudentissima, MATER clementissima, ora pro nobis, intercede pro nobis ad Dominum IESVM CHRISTVM, ut defendat regnum istud.

℣. *Per tuam Sanctam, & Immaculatam Conceptionem Dei Genitrix Virgo,*

℟. *Defende nos semper ab hoste maligno.*

ORATIO.

DEfende, quæsumus Domine Beatâ MARIA semper Virgine intercedente, istam ab omni adversitate familiā, & toto corde tibi prostratam ab hostium propitiùs tuere clementer insidijs. Per CHRISTVM Dñum nostrū, Am:

ORATIO.

Ad Beatissimam Immaculatè Conceptam.

O Sanctissima Virgo MARIA, Angelorum Regina, quàm pulchram, & perfectam in Conceptione tua immaculata te DEVS effecit! adeò pulchra, adeò gratiosa es, ut pulchritudine tua omnium corda rapias, & deprædaris. Ad tui aspectū omnia videntur deformia; omnis pulchritudo, tàm Angelorum, quàm

San-

Sanctorum eclipsatur: omnis gratia, & venustas se abscondit, non secùs, ac ad Solis ortum omnes stellæ disparent. Avidô mentis suæ oculô te contemplatus est Magnus tuus Servus S. IOANNES DAMASCENUS; & ubi adeò formosam, & pulchram te conspexerit, nullâ originali noxâ maculatam; videbaris ipsi omnem creaturarum florem, & totius creatæ pulchritudinis quintã essentiam extraxisse: unde *Naturæ Venustatem* te appellare non dubitavit. Conjecit etiam in te oculos suos Sol Doctorum AUGUSTINUS; ipsiquè adeò speciosa, & venusta visa es, ut absquè adulatione, Formam, & Vultum DEI te nominarit. *Si Formam DEI te appellem, digna existis:* Proin, non miror ampliùs Altissima Regina! quòd cœ-

lum, & terra tuis sese in Conceptione tua submiserunt pedibus, ut ab illis beatæ æstimarentur. Talis es Luna, quam S. IOANNES Evangelista tuis sub Plantis conspexit. Soli accrevit splendor, ubi suis te radijs amicivit: stellis lux, ubi Sanctissimo Capiti tuo in Coronam cesserunt. Ab hac lucis tuæ magnitudine extra se raptus Evangelista, stupendum pulchritudinis tuæ, quæ omnem cœli, terræquè venustatem in se sola est complexa, miraculum conspiciendo, dixit: *Signum magnum apparuit in cœlo: Mulier amicta Sole, & Luna sub pedibus ejus, & in capite ejus Corona stellarum duodecim.* Atquè sic ô Virgo Sanctissima tantis te circumdatam splendoribus, Sole clariorem, pulchriorem Lunâ considerantes

San-

Sancti, simulquè acclamationes illas, quæ in cœlis tibi fiunt, perpendentes; tuam Immaculatam Conceptionem, pulchritudinem, atquè excellentiam, nunquàm satis dignè admirari queunt. Quapropter in juges, & plenos admirationis, ac stuporis applausus erumpunt: *Sanctus Petrus Damianus*, totus in te absorptus, exclamat: *O Sancta, & omnium Sanctorum Sanctissima, ditissime Beatorum omnium Thesaure!* Cui consonat *S. Bernardus* his verbis: *O Virgo admirabilis! O Fœmina omnium reliquarum decor fœminarum! Optima, & Maxima, quæ nunquam inventa est in mundo! O Cœlum amplius, & ipsô Empyreô largius!* Et demùm *Sancta Ecclesia Catholica*, nomine omnium concludit: *Tota pulchra es MARIA, & macu-*
la

la originalis non est in te. Et quod rei caput est; *ipse DEUS* tuo impensus amori, te *Filiam*, *Matrem*, & *Sponsam* proclamat. Et ego quoq; Regina cœli, licet tuorum devotorum minimus, meos admirationis, & stuporis applausus addam. O gratiosum, & pulchrum Cœlum, largius ipsô Empyreô; utpotè, quod DEVM immensum non capit, quem tamē tua beata concluserunt viscera. O opulentissime Thesaure, in quē ditissima redemptionis nostræ margarita fuit deposita. O Mater peccatorum, sub cujus pallio defensi sumus O mundi consolatio, quæ ab omnibus afflictis, infirmis, & desolatis inveniris: ô liberales manus, quæ plenæ hyacinthis, nunquam non gratias dispensant. O purissima creatura, quæ Divina
vide-

videris. Fruére hac conditionis tuæ magnitudine, gratiarum tuarum immensitate, gloriæ felicitate in totas æternitates. Hoc unum tibi supplico Pientissima, & Immaculatè Concepta Mater, ne nostrûm obliviscaris, qui multùm æstimamus esse tui servi, & mysterij tuæ Immaculatæ Conceptionis indefessi Promotores. Fac ô Domina, ut totus mundus sciat, optimam nos partem possidere; dum tibi sub hoc mysterio famulamur. Sic spero ô pulcherrima Rachel, & sic te facturam confido, ô Suprema Domina, fac ita propter te ipsam; nam totum cœlum unà mecum tuis immaculatis advolutum pedibus, tibi pro hoc supplicat, & ardenter instat. Eja dic ita, dic desideratum tuum Fiat, Fiat, Fiat, Amen.

ALIA

A L I A
DEVOTIO DIVRNA,
In Laudem
B. V. MARIÆ
IMMACULATÆ CONCEPTÆ

Sequentes duas Orationes Christus proprio Ore dictavit in Reg: Salv: Cap: 5.

OMnipotens Sempiterne DEUS, qui pro nobis de castissima Virgine nasci dignatus es, fac nos quæsumus Tibi casto corpore servire, & humili mente placere.

Oramus Te piissima Virgo MARIA mundi Regina & Angelorum ut eis, quos Purgatorius examinat ignis, impetres refrigerium, peccatoribus indulgentiam, justis in bono perseverantiam, nos quoq; fragiles, ab instantibus defende periculis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

SS. VIÆ CRUCIS EXERCITIUM.

Oratio Præparatoria.

O DEUS meus & omnia! doleo ex toto corde meo, quod te Summum & infinitum bonum meum unquam offenderim, pænitet me peccatorum meorum, non quod pænas inferni, aut purgatorij promeritus sim, aut Cælesti Gloria exciderim, sed solum ob amorem tui, quia Dominus & Deus meus es. Offero tibi firmum propositum meum, nunquam te amplius cum gratia tua offendendi, parce Domine pænitenti, parce contrito & humiliato, qui tametsi gratia tua indignus sim, recurro nihilominus ad misericordiam tuam, sperans ab illa plenariam peccatorum meorum remissio-

nem; Recurro etiam ad merita Passionis JESU Christi Salvatoris mei, & per hoc Sacrum Viæ Crucis Exercitium, in satisfactionem peccatorum meorum cupio lucrari omnes Indulgentias & gratias, illasq; applico, & tibi offero tam pro vivis, quàm pro defunctis, juxta Tuum Sanctissimum beneplacitum, prout me offere vis, obligatum esse scis, & tibi charius placet. Amen.

STATIO I.

Christus à Pilato condemnatur ad mortem Crucis.

Antiph: Adoramus te Christe & benedicimus tibi, quia per S. Crucem tuam &c.

Oratio.

O JESU innocentissime! qui ut nos perditos Æterno Patri reconciliares, amore nostri ignominiosissimam Crucis sententiam in domo

domo Pilati subire voluisti, adoro te in tremendis judicijs Justitiæ tuæ, & humillimè precor, ut dimissis peccatis meis, in die Judicij ad dexteram tuam constitutus, cum Sanctis & electis tuis, illam audire merear sententiam: Venite Benedicti. Qui vivis & regnas &c. *Pater noster & Ave Maria.*

STATIO II.

Constans passibus 26.

Christo Domino imponitur Crux bajulanda.

Ant: Adoramus te Christe & benedicimus tibi, quia per S. Crucem &c.

Oratio.

O JESU amabilissime! qui tanquam Agnus ad occisionem ductus, trabali ligno Crucis, Sanctissimos Humeros tuos submittere dignatus es, da mihi quæso gratiam

tuam, ut omnes adverſitates, quas mihi beneplacens Divina voluntas tua immiſerit, amore tui ſemper patienter perferam, & tibi jugiter tam in proſperis, quam in adverſis conſtanti animo famulari ſtudeam. Qui vivis & regnas &c. *Pater noſter & Ave.*

STATIO III.

Conſtans paſsibus 80.

Chriſtus Dominus prima vice procidit ſub Cruce.

Antiph: Adoramus te Chriſte & benedicimus tibi, quia per S. Crucem tuam &c.

Oratio.

O JESU Rex gloriæ! qui ut nos per peccatum lapſos ad delicias gloriæ tuæ ſublevares, ſub Cruce in terram proſterni voluiſti, da mihi in exequendis mandatis tuis Spiritum Fortitudinis, nè inſultibus ten-

tati-

tationum agitatus, à Sancto tuô excidam famulatu. Qui vivis & regnas &c. *Pater noster & Ave.*

STATIO IV.

Constans passibus 61.

Christo Crucem bajulanti occurrit mæstissima Mater.

Antiph: Adoramus te Christe & benedicimus tibi, quia per S. Crucem tuam &c.

Oratio.

O JESU patientissime! per illam amaritudinem, quam sensit dolorosissima Mater tua, quando tibi Crucem bajulanti occurrit, humillimè precor, instilla cordi meo vel minimam ejusdem compassionis guttulam, ut in amarà Passionis tuæ memoria, vitam ducens temporalē, tandem in æterna salvationis parte, tibi dulci animæ meæ Sponso gaudens occurrere merear. Qui vivis &c. *Pater noster & Ave.*

STATIO V.
Conſtans paſsibus 71.

Chriſti Crux imponitur portanda Simoni Cyreneo.

Antiph: Adoramus te Chriſte & benedicimus tibi, quia per S. Crucem tuam &c.

Oratio.

O JESU Dux & Præceptŏr noſter! qui Simonem Cyreneum ad portandam Crucem tuam miſericorditer admiſiſti, compelle quæſo rebelles noſtras voluntates, ad portandum ſvave jugum mandatorum tuorum, ut ſpreta mundi & carnis ſervitute, tibi ſoli Salvatori noſtro perenniter famulemur. Qui vivis & regnas &c.

Pater noſter & Ave.

STA-

STATIO VI.

Conſtans paſsibus 191.

Chriſto porrigit ſudarium compatiens Veronica.

Antiph: Adoramus te Chriſte & benedicimus tibi, quia per S. Crucem tuam &c.

Oratio.

O JESU Imàgo Patris Æterni, & Figura Subſtantiæ ejus! qui occurrenti Veronicæ SSmi Vultûs tui ſpeciem reliquiſti, fác me quæſo in omnibus actionibus meis ita innocenter in oculis tuæ Divinæ Majeſtatis converſari, ut poſt hanc miſeram vitam, ſinè mora, ad claram Vultus tui viſionem admitti merear. Qui vivis & regnas &c.

Pater noſter, & Ave.

STATIO VII.

Constans passibus 336.

Christus Dominus secundò procidit sub Cruce.

Antiph: Adoramus te Christe & benedicimus tibi, quia per S. Crucem tuam &c.

Oratio.

O JESU Spes & Fortitudo nostra! qui pondere peccatorum nostrorum pressus, secundò in terram sub Cruce procidisti: miserere mei, & adjuva infirmitatem meam, ut quod in exequendis præceptis tuis vires meæ non præsumunt, tua Sanctissima gratia benignè adjuvare, & perficere digneris. Qui vivis & regnas &c.

Pater noster & Ave.

STATIO VIII.

Constans passibus 348.

Christus D. respicit flentes Mulieres.

Ant-

Antiph: Adoramus te Christe & benedicimus tibi, quia per S. Crucem tuam &c.

Oratio.

O JESU Solamen mærentium! qui flentes in Via Passionis tuæ respexisti Mulieres, rogo te per illam pietatem, qua convertentes ad te misecorditer suscipere consvevisti peccatores, ut omnes fideles in tuo servitio perfectos conservare, qui remisse viam perfectionis quærunt, gratia tua accendere, & qui te prorsus negligunt, in viam justitiæ clementer reducere digneris, nè amplius nos, sed tu ipse vivas in nobis Christe Salvator mundi. Qui vivis & regnas &c. *Pater noster, & Ave.*

STATIO IX.

Constans passibus 161.

Christus D. 3tiò procidit sub Cruce.

Anti-

Antiph: Adoramus te Chriſte & benedicimus tibi, quia per S. Crucem tuam &c.

Oratio.

O JESU dulce infirmitatis noſtræ ſubſidium! qui pondere Crucis gravatus, tertiò in terram procidiſti, confiteor infirmitatem meam, quòd propter enormia peccata mea, ſæpè à gratia tua excidam, imò ob depravatas in malum vires, ſi etiam quid boni agere volo, hoc tamen exequi non valeo: miſerere ergo mei, & adjuva me, nè amplius inſurgentibus in me tentationibus ſucumbam, ſed tibi ſoli uſque in finem fideliter deſerviam. Qui vivis & regnas &c.

Pater noſter & Ave.

STATIO X.

Conſtans paſsibus 18.

Chriſtus in loco ſupplicij veſtibus ſpoliatur. *An-*

Antiph: Adoramus te Christe & benedicimus tibi, qui per S. Crucem tuam &c.

Oratio.

O JESU dolorosissime! qui ad locum suplicij perveniens, vestibus ignominiosè spoliari te permisisti, per hanc tuam verecundiam, quam tunc in conspectu populi passus es, oro te Patrem meum, tanquam filius prodigus, ut mihi vestem Baptizmalis innocentiæ, quam serviendo peccatis amisi, clementer restituere digneris, qua decenter ornatus ad nuptias, æterni tecum gaudij admitti merear. Qui vivis & regnas &c.

Pater noster & Ave.

STATIO XI.

Constans passibus 12.

Christus Salvator mundi Cruci affigitur.

Antiph: Adoramus te Christe & benedicimus tibi, quia per S. Crucem tuam &c. *Ora-*

O JESU dulcis amator noster! Qui non solum percutienti servo maxillam, impijs militibus ad flagellandum Corpus, & spinis coronandum Sanctissimum Caput, sed ultimò etiam ad discerpendum & dilacerandum amore nostri omnes venas & compages membrorum tuorum tradidisti Crucifixoribus, per hos omnes dolores tuos, da quæso gratiam tuam omnibus Religiosis, præsertim in hac Provincia N. ut sicut amore tui Crucem amplexi sunt, ita etiam in observantia præceptorum Regulæ, de virtute in virtutem proficientes, in servitio tuo fideles usque ad mortem inveniri mereantur. Qui vivis & regnas &c.

Pater noster & Ave.

STATIO XII.
Constans passibus 14.

Christus in Cruce medius inter, Latrones exaltatur.

Antiph: Adoramus te Christe & benedicimus tibi, quia per S. Crucem tuam &c.

Oratio.

O JESU centrum desideriorum nostrorum! qui in Monte Calvariæ inter duos Latrones crucifigi voluisti, in abysso nihileitatis meæ prostratus, adoro te illo affectu, quo te unquam Animæ Sanctæ in Cruce pendentem, & pro nobis Sangvinem fundentem adorarunt, & adorant; simulque precor, mi amabilissime Redemptor; ut per trium horarum angustias, quas moriturus in Cruce passus es, & per illam amaritudinem quam sustinuisti, quando lachrymans cum vali-

valido clamore in manus Patris Æterni Spiritum tuum Sanctissimum tradidisti, miserere animæ meæ in egressu suo, de hoc corporis mei habitaculo, acerbitas ignominiosissimæ mortis tuæ, meam mihi svavem reddat & amabilem. Qui vivis & regnas &c.

Pater noster & Ave.

STATIO XIII.

Constans passibus 13.

Christus de Cruce depositus in Sinu Sanctissimæ Matris collocatur.

Antiph: Adoramus te Christe & benedicimus tibi, quia per S. Crucem tuam &c.

Oratio.

O JESU amantissime! qui è Sinu Patris Æterni in terram descendens, novem Mensibus claustrum Uteri Virginalis non abhorruisti, & quem Cæli Cælorum capere

pere non poterant, gremio ejusdem Sanctissimæ Matris tuæ ubera sugen͂s, sæpius stringi, ac tandem de Cruce depositus, reclinari voluisti, per Cor ipsius Maternum rogo te, fac me tremendi Missæ Sacrificij mysteria, ita pura mente tractare, ut tibi Deo meo intra cor meum puram ac placidam semper exhibere valeam mansionem. Qui vivis & regnas &c.

Pater noster & Ave.

STATIO XIV.

Constans passibus 30.

Christus Dominus sepelitur in monumento.

Antiph: Adoramus te Christe & benedicimus tibi, quia per S. Crucem tuam &c.

Oratio.

O JESU Alpha & Omega! Principium & Finis omnis felicitatis

cltatis nostræ, adoro te in loco Sanctissimi Sepulchri tui, simulque precor per Vitam, Mortem & Sepulturam tuam, mesereri etiam digneris animabus Fidelium defunctorum, præsertim quarum vis, ut memor sim, aut me obligari scis, Sangvis tuus pretiosissimus pænas earum extingvat, & ad claram Vultus tui Visionem quantocius easdem perducere digneris, ubi cum Patre & Spiritu Sancto vivis & regnas DEUS in sæcula sæculorum. Amen.

Pater noster & Ave.

O R A T I O

Pro obtinendo DEI amore.

ABsorbeat me quæso Dulcis JESU ignita, & melliflua vis amoris Tui, quæ penetret cor meum, purgetque, & rapiat omnia interiora mea: ut sicut flamma ardens totus ardeam, totus à me defici-

deficiam; Te verò Solum cogitem, Te toto corde desiderem, Te Solum sciam & sentiam, Tibique Soli perfectè placeam, & inseparabiliter adhæream. O Dulcissime Domine! quando hoc modo trahes, & transformabis me totum in Te? quando Te perfecte diligam, & benedicam in omni tempore? quando Te amplectar brachijs Animæ meæ. O Domine! quando me ipsum contemnam propter amorem Tuum? o Domine quando Anima mea cum omnibus viribus suis Tibi perfectè unietur o Domine JESU Christe da mihi toto corde, pleno desiderio, sitienti Anima ad Te aspirare, & in Te dulcissimo amore respirare, & totum Spiritum meum, ac omnia interiora mea, ad Te qui es vera beatitudo anhelare. Scribe misericordissime Domine vulnera Tuæ

in

in Corde meo, pretioso Sangvine Tuo: ut in illis legam dolorem & amorem Tuum, Vulnerumq; Tuorum memoria semper in secreto cordis mei permaneat, & dolor Passionis Tuæ in me quotidie renovetur, ac amor accendatur, da quoque ut mihi omnis creatura vilescat, & Tu solus in corde meo dulcescas. O Bone JESU! fac ut Te amem ardenter, dulcis amor JESU fac me sentire, quam immenso amore me amasti, & amas. Amantissime JESU, vellem Te amare sed sine Te nihil possum: amor mi JESU, fac me mori amore Tui, & tribue mihi amorem humilem obsequiosum, & regratiantem. JESU pro me Crucifixe! eviscera me in Te, & clavis amoris Tui me totum confige. JESU amor jucundissime & gloriosissime, quando à Te totus inebriabor? quando Te

con-

contemplabor, quando Tibi sic conjungar, ut in nullo Te offendam, & à Te separari non valeam, esse sine Te, est mihi dolor continuus, & quasi mors æterna, o Dulcissime JESU gloriosum Nomen Tuum adoro, & me Tibi cordialiter commendo, ac resigno, uni me Tibi intimè & miserere mei, ne efficiaris mihi severus, propter peccata mea, sed propter bonitatem tuam, suscipe preces servi tui, & da mihi effectum petitionis meæ, ac desiderii mei, intercedente, orante, & implorante gloriosa Virgine Genitrice tua MARIA Domina mea, cum omnibus SS. tuis Añ.

Salutatio ad JESUM Divinitus B. Gertrudi inspirata. lib: 3. C. 49.

AVe vivificans gemma Divinæ nobilitatis: ave immarcescibilis flos humanæ dignitatis: ave paradise deliciarum, dulcedo cordis

mei,

mei, & vita Animæ meæ: ave JESU Sponse meliflue cum delectamento Divinitatis tuæ, ex affectu totius universitatis salutans amplector Te, & in vulnere amoris Tui osculor Te.

Salutatio Vulnerum Christi B. Mechtildi Divinitus inspirata, lib: 1. C. 6.

SAlvete pretiosissimá JESU Vulnera, in Omnipotentia Patris, qui dedit vos. Salvete in Sapientia Filij, qui sustinuit vos. Salvete in bonitate Spiritus S. qui per vos redemptionem generis humani perfecit: in vos commendo me in vos abscondo me in vos demergo me ut vestra protectione liberari merear à facie vastatoris.

Quinq; suspiria ad Christum B. Mechtildi revelata. Cap. 35.

DUlcis JESU suspiro ad Te, in unione istius laudis, quæ à Te in omnes Sanctos effluit, in sup-

pletio-

Recitantibus devote Lytanias de Nomine JESU, Sixtus V. concessit 300. dierum Indulg. Ita P. Ferrari de Indulg. fol. 167. num. 4.

Kyrie eleison,
Christe eleison,
Kyrie eleyson,
JESU Christe audi nos,
JESU Christe exaudi nos,

Pater de Cœlis DEUS	miserere nobis.
Fili Redemptor mundi Deus	
Spiritus sancte DEUS	
Sancta Trinitas unus Deus,	
JESU Fili Dei vivi,	
JESU splendor Patris,	
JESU candor lucis æternæ,	
JESU Rex gloriæ,	
JESU Sol justitiæ,	
JESU Filii Mariæ virginis,	
JESU Admirabilis,	

JESU Deus fortis,
JESU Pater futuri ſæculi,
JESU magni conſilii Angele
JESU potentiſſime,
JESU obedientiſſime,
JESU mitis & humilis corde
JESU amator caſtitatis,
JESU amator noſter.
JESU DEUS pacis,
JESU author vitæ,
JESU exemplar virtutum,
JESU zelator animarum,
JESU DEUS noſter,
JESU refugium noſtrum,
JESU Pater pauperum,
JESU Theſaurus fidelium,
JESU bone paſtor ovium,
JESU Lux vera,
JESU ſapientia æterna,
JESU bonitas infinita,
JESU via & vita noſtra,

miſerere nobis.

JE

JESU gaudium Angelorum,
JESU Rex Patriarcharum,
JESU Inſpirator Prophetarũ,
JESU Magiſter Apoſtolorum,
JESU Doctor Evangeliſtarũ,
JESU fortitudo Martyrum,
JESU lumen Confeſſorum,
JESU puritas Virginum,
JESU Corona Sanctorum Omnium,

miſerere nobis.

Propitius eſto. Parce nobis J.
Propitius eſto. Exaudi nos J.
Ab omni malo, Libera nos J.
Ab omni peccato, libera nos J.
Ab ira tua,
Ab inſidiis diaboli,
A Spiritu fornicationis,
A peſte fame & bello,
A ſubitanea & improviſa morte.
A morte perpetua,

Libera nos JESU

A neglectu inspirationum tuarum,
Per mysterium S. Incarnationis tuæ,
Per Nativitatem tuam,
Per Infantiam tuam,
Per Divinissimam vitam tuam,
Per labores tuos,
Per Agoniam & Passionem tuam,
Per crucem & derelictionem tuam,
Per langvores tuos,
Per mortem & sepulturam tuam,
Per Resurectionem tuam,
Per Ascensionem tuam,
Per gaudia tua,
Per gloriam tuam,

} Libera nos JESU.

Per

Per dulcissimam V. Matrem tuam, libera nos JESU.
Per intercessionem OO. Sanctorum tuorum, libera nos Jesu.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi. Parce nobis JESU.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi. Exaudi nos JESU.
Agnus Dei qui tollis peccata mundi. Miserere nobis Jesu.
JESU Christe audi nos.
JESU Christe exaudi nos.
Kyrie eleison. Christe eleison.
Kyrie eleyson.
Pater noster, & Ave.

In nomine JESU omne genu flectatur. Cœlestium terrestrium, & Infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus noster JESUS Christus, in gloria est DEI Patris.

℣. *Sit nomen Domini benedictum*
℟. *Ex hoc nunc & usque in sæculum.*

Oremus.

DEUS qui gloriosissimum nomen JESU Christi Filii tui Domini nostri, fecisti fidelibus tuis, summo svavitatis affectu amabile, & malignis spiritibus tremendum atque terribile, concede propitius, ut omnes qui hoc nomen JESU devotè venerantur in terris, sanctæ consolationis dulcedinem in præsenti percipiant, & in futuro, gaudium exultationis, & interminabilis beatitudinis obtineant in cœlis. Per eundem Christum Dominum nostrum,

Invocantibus SS. nomen JESU

de-

devotè. Bened. & Clemens XIII. concessit Indulg. 25. dier. Item inclinantibus caput ad idem SS. Nomen Sixtus V. & Bened. XIII. concessit 20. dier. Indulg.

Oratio S. Bernardi de SS. Nomine JESU.

O Bone JESU, o piissime JESU! o dulcissime JESU, o JESU Filii MARIÆ virginis, plene misericordia & pietate; o dulcis JESU secundùm magnam misericordiam tuam, miserere mei, o clementissime JESU, te precor, per illum Sangvinem pretiosum, quem pro peccatoribus effundere voluisti, ut abluas omnes iniquitates meas, & me respicias miserum & indignum, humiliter veniam petentem, & hoc no-

men sanctum tuum JESUS invocantem, o nomen JESU! nomen dulce, nomen JESU, nomen delectabile! nomen JESU, nomen confortans: quid est enim JESUS? nisi Salvator: ergo JESU propter nomen sanctum tuum, esto mihi JESUS, & salva me: nè permittas me damnari, quem tu de nihilo creasti. O bone JESU! nè perdat me iniquitas mea, quem fecit Omnipotens bonitas tua. O dulcis JESU! recognosce quod tuum est, & absterge, quod alienum est. O benignissime JESU! miserere mei, dum tempus est miserendi; nè damnes me in tempore judicandi, quæ enim utilitas in sanguine meo, dum descendero in æternam

cor-

corruptionem? non mortui laudabunt te Domine JESU, neque omnes, qui descendunt in Infernum. O amantissime JESU! o desideratissime JESU! o JESU JESU JESU, Filii MARIÆ Virginis, infunde in me gratiam, sapientiam, charitatem, & humilitatem, ut possim te perfectè diligere, te laudare, te perfrui, tibi servire, in te gloriari, & omnes qui invocant sanctum nomen tuum JESUS, Amen.

Orationes ad lucrandas Indulgentias.

Pro Exaltatione S. Matris Ecclesiæ.

DEus omnium fidelium Pastor & Rector, cujus Spiritu totum corpus Ecclesiæ Sanctificatur & regitur, quique glori-

am tuam omnibus in Christo gentibus revelasti: custodi opera misericordiæ tuæ, ut Ecclesia tua toto Orbe diffusa bonorum omnium incremento augeatur, & stabili fide in confessione tui nominis perseveret. Per eundem &c.

3. Pater, & Ave cum Gloria Patri &c.

Pro concordia Principum Christianorum.

DEus largitor pacis, & amator charitatis da famulis tuis Regibus, & Principibus Christianis, veram cum tua voluntate concordiam, ut bellis, dissensionibus, & omni perturbatione submota, secura tibi serviat Christiana libertas. Per Dominum &c.

2. *Pater. & Ave, ac totid. Gloria Patri &c.*

Pro conversione Infidelium.

Omnipotens sempiterne DEUS, qui neminem vis perire: respice ad animas diabolica fraude deceptas, ut omni Hæretica pravitate deposita errantium corda resipiscant, & ad veritatis tuæ redeant unitatem. Per Dominum &c.

2. *Pater. & Ave, cum Gloria Patri. &c. & Credo.*

Pro felici Successu Sacræ Religionis.

Domine Deus Rex Omnipotens, in ditione tua cuncta sunt posita, & non est qui possit resistere tuæ voluntati, si decreveris salvare & conservare nos indignos servos, mille

tibi votis ac desideriis mancipatos. Tu fecisti Cœlum & terram, & quid quid Cœli ambitu continetur. Dominus omnium es, nec est qui resistat tuæ Majestati. Et nunc Domine Rex Deus Patrum nostrorum, miserere Congregationis tuæ, quam per dilectum famulum tuum Franciscum fundasti. Nè despicias Domine partem tuam & hæreditatem, quam tuo sanguine aquisivisti. Exaudi deprecationem meam, & propitius esto sorti, ac funiculo tuo. Intende oculos pietatis tuæ, in omnes Religionis nostræ Præsides & pastores, & fac eos super commissum sibi gregem fideliter excubare. Converte oculos tuæ misericordiæ in omnes

nes Religiosos, & Fratres nostros, quos de hoc nequam sæculo eripuisti, & ad te benignè traxisti, ut hæreditatem capiant salutis. Da illis in virtute & vocatione profectum, ac in cunctis fervorem servitii tui accende. Da ut viventes per totum mundum, laudemus Nomen tuum Domine, & nè unquam claudas ora te canentium Domine Deus noster, Amen.

Postulatio Gratiarùm.

TU scis o bone JESU quod sinè gratia tua nihil boni fieri possit, ideoque peto à te dona & auxilia, ad meam, & proximorum salutem procurandam necessaria. Peto auxilium gratiæ habitualis sanctificantis: peto continuas gratias effi-

efficaces, excitantes, & cooperantes: peto intensiores habitus virtutum, Fidei, spei, Charitatis, Justitiæ Prudentiæ, temperantiæ fortitudinis. Largire dona & fructus spiritus sancti, largire opera misericordiæ spiritualis & corporalis: largire etiam gratias gratuitas Ad salutem proximorum, & amplificandam gloriam tuam. Tribue gratiam Orationis mentalis, & vocalis, examinis utriusque, frequentis recollectionis, silentii. Intimæ t. zum unionis, pietatis erga Virginem beatissimã, & cultûs erga S.S. Patronos. Concede ut in hac Provincia perfectè observentur Regulæ, & vota Paupertatis Castitatis, & Obedientiæ. Auge in me amo-

rem

rem vocationis, & da mihi Spiritum ſtatûs ac aptitudiuem ad omnia ejus munia peragenda. Da virtutes ſolidas humilitatis, mortificationis hæroicæ, & abnegationis in omnibus: ſitim inſatiabilem contemptus & injuriarum. Da ut nunquam te peccato mortali, & veniali deliberato offendam: da vitam plenam meritis, & tuo amore ferventem; da perſeverantiam in Religione Sancta, & felicem in optimo ſtatu ex hac mortali vita ad te exitum.

Affectus Pœnitentis.

O Pater Cæleſtis! Domine Rex Cœli & terræ, ego miſerrimus peccator, & viliſſima Creatura tua, tanquam Filius

lius prodigus, à via peccatorum pessima, ad sinum Paternæ clementiæ tuæ reversus, confiteor infelicitatem meam, quod omnia gratiæ tuæ dona, vivendo pessimè amiserim, ita quod modo pauper, nudus & gemens ad pedes tuos prostratus non habeo amplius unde tibi placeam, aut quo gratiam tuam emerear; Ut ergo conspectui tuo gratus sistere me valeam, induo me vestibus sanguine respersis dilecti Filii tui Domini nostri JESU Christi, offerens simul tuæ Majestati, crudelissimam ejus Passionem, pro omnibus peccatis meis: Cor ipsius amaritudine repletum, & lancea vulneratum; pro cunctis meis inordinatis affectibus. O-

cu-

culos lachrimis & ſanguine ple-
nos, pro licentioſis aſpectibus
meis ſanctiſſimum Caput ſpinis
coronatum: pro meis cogitati-
onibus indecentibus. Aures
ejus maledictis, & irriſionibus
repletas, pro meo auditu curi-
oſo: Sanctiſſimum os ejus, &
faciem sputis fædatam, ac per-
cuſſionibus fauciatam: pro ver-
bis indecenter unquam à me
prolatis. Manus & pedes ejus.
Cruci clavis affixos: pro pecca-
tis manuum, & greſſuum meo-
rum. Totius denique ſacratiſſi-
mi ejus Corporis tormenta, &
animæ anguſtias: offero tibi,
pro omnibus delictis meis quo-
cunque corporis & animæ meæ
nutu ac modo perpetratis. His
itaque JESU Chriſti Salvatoris
mei

mei exornatus meritis, da Pater Cœlestis! ut imposterum omnia reliqua vitæ meæ momenta gloriæ tuæ, animæ meæ, ac proximorum saluti, studiosissimè impendam, tibi soli in omnibus actionibus meis placeam, nec per ullum amplius peccatum à gratia tua in æternum excidam, Amen.

Osculantibus Crucem, Joann. XXII. 20. dier. Clem. IV. unum Ann. concessit Indulg.

Clemens VIII. recitantibus Sacerdotibus post Missam hanc Orationem, concessit remissionem Omnium commissorum, sive ommissorum in Missa, & 2300. Ann. Indulg. Ita Ferar.*de Indulg. fol. 168. num. 12.*

OBsecro te dulcissime Domine JESU Christe, ut passio

tua

tua ſit mihi virtus, qua muniar, protegar, atqve defendar: vulnera tua ſint mihi cibus, potusque, quibus paſcar, inebrier, atque delectar: aſperſio ſanguinis tui, ſit mihi ablutio omnium delictorum meorum: mors tua ſit mihi gloria ſempiterna, in his ſit mihi refectio, exultatio, ſanitas, & dulcedo cordis mei. Qui vivis & regnas in ſæcula ſæculorum Amen.

Item recitantib. ſeqv. Joannes XXII. conceſſit 10000. mill. ann. Indulg.

ANima Chriſti ſanctifica me, Corpus Chriſti ſalva me, ſanguis Chriſti inebria me, aqua lateris Chriſti munda me, ſudor Chriſti vivifica me, Paſſio Chriſti conforta me, o bone JESU

exau-

exaudi me! Intra vulnera tua abſconde me nè permittas me ſeparari à te, ab hoſte maligno defende me, in hora mortis meæ voca me, jube me venire ad te, & pone me juxta te, ut cum ſanctis Angelis tuis, laudem te in ſæcula ſæculorum, Amen.

Recitantib. Lytan. Laur. Sixtus V. & Bened. XIII. conceſ. 200. dies Indulgen. Inclinantib. caput ad nomen SS. MARIÆ 20. dies. Item devote invocantib. idem S. Nomen Clemens XIII. conceſſit Indulg. 25. dies.

Oratio de S. Nomine B. V. M.

O bona MARIA! o piiſſima Maria, o dulciſſima Maria ô Maria Mater Domini noſtri JE-

JESU Christi, plena misericordia & pietate. O dulcis Maria! secundum magnam misericordiam tuam miserere mei. O! clementissima Maria te precor, per illum sanguinem pretiosum: Filii tui, quem pro me misero peccatore effudit, ut respicias in me miserum; & indignum humiliter veniam petentem & nomen sanctum tuum Maria invocantem. O nomen Mariæ nomen dulce, nomen Mariæ nomen delectabile, nomen Mariæ, nomen gloriosum & salutiferum. Quid est enim Maria? nisi Stella maris, ergo ô Maria, propter nomen sanctum tuum, esto mihi Maria, & luceas mihi in procelloso mari hujus mundi naviganti, & nè permittas me

nau-

naufragari, nec in vocatione vacillare, cui tu salutem peperisti. Nè perdat me iniquitas & infirmitas mea, quem fecit Omnipotens bonitas Filii tui, & pretioso suo tedemit Sanguine. O dulcis Maria, recognosce quod JESU Christi Filii tui in me est, & absterge quod mundi, & amoris proprii est. O benigna Maria miserere mei, dum tempus est miserendi, nè naufragium salutis, & præsertim in portu patiar. Quæ enim mihi utilitas in sanguine Filii tui, si descendero in æternam corruptionem? non mortui laudabunt te Domina Maria, cum benedicto Filio tno JESU, neque omnes qui descendunt in infernum. O amantissima Maria, o de-

desideratissima Maria, o Maria Maria Maria, virgo ante partum, virgo in partu, virgo post partum: admitte me in numerum Filiorum tuorum, & cum electis Filii tui fac me adscribi. O Maria salus in te sperantium, o Maria solatium ad te confugientium: o Maria dulcis advocata pro peccatis meis, & efficax in tentationibus auxilium. O Maria Mater Domini nostri JESU Christi, impetra mihi, verum mei ipsius, & terrenorum contemptum, ac Spiritualium & Cœlestium amorem. Impetra mihi Spiritus S. fortitudinem, contra rebellantes animi motus, & passiones. Impetra mihi o Maria, veram obedientiam, paupertatem & castitatem, cum

i gra-

gratia, ſapientia manſvetudine, ac humilitate, ſecundum Filii tui doctrinam & voluntatem, ut poſſim te cum ipſo perfectè, & omnia in te ipſo diligere, te laudare, te perfrui, tibi ſervire, & finem vocationis meæ, ſalutem propriam & aliorum obtinere. Audi & intercede pro me, & omnibus invocantibus uomen tuum dulciſſimum Virgo Maria Mater Dei & miſericordiæ, Amen.

Beatiſſima V. M. dixit S. Brigittæ, lib. revel. cap. 8. ſic me laudare debes.

BEnedictus ſis Deus Creator omnium, qui in uterum Mariæ Virginis deſcendere dignatus es. Benedictus ſis Deus, qui cum Maria Virgine eſſe ſinè

gra-

CORONA SERAPHICA B. MARIÆ VIRGINIS

Cum Orationibus & Meditationibus.

Primum Pater noster.

AVe JESU conditor, dulcis flos candoris, tuum ſangvinem pretioſum fundens pro nobis.

Ave dulcis parvule, dolens circumciſus, quem chorô Angelicô laudat Paradiſus.

Gratias tibi ago Domine JESU Chriſte pro tua Sanctiſſima Circūciſione: & precor te, circumcide in me omnem nocivam cogitationē, delectationem pravam, & tentationem, &c.

JESUS Chriſtus pro nobis Circumciſus, quem tu Sanctiſſima Vir-

go MARIA Gabriele Archangelo nuntiante, de Spiritu Sancto concepisti, rogo te per illud ineffabile gaudium, quod tunc habuisti in terris, & per hoc, quod nunc habes in cælis, quo omnes Sanctos excellis sublimitate, intercedere digneris pro me misero peccatore ad eũdem dilectissimum Filium tuum, ut per sangvinem suum pretiosissimum, quem effudit in sua sanctissima Circumcisione, & per merita, & intercessionem Omnium Sancto rum Archangelorum, & Angelorum, & præcipuè per intercessioné S. Michaëlis & S. Angeli Custodis, & Patroni mei, dignetur me tuus dilectissimus Filius purgare ab omnibus peccatis meis, præcipuè à peccato Superbiæ, adornare virtute Humilitatis, confirmare donô Spiritûs Sancti timoris. Insuper ora Sanctissima Virgo MARIA, di-

gne-

gnetur tuus dilectissimus Filius mi-
sereri & propitiꝰ esse mihi maximo
peccatori, & omnibus in sacris or-
dinibus existentibus: & præcipuè
Pontifici Summo Romano N. cũ
omni Clero sibi commisso, Patri-
archis, Cardinalibus, præsertim
Protectore nostri Ordinis: Archi-
episcopis, Episcopis, præsertim E-
piscopo nostro N. Canonicis, Pa-
rochis, Confratribus nostris; &
omnibus in quocunq; gradu & di-
gnitate Ecclesiastica existentibus,
per suam piissimam misericordiam
indulgere dignetur, Amen.

Gaude Virgo desponsata,
Ab Angelo salutata,
Credidisti firmiter;
Tunc Ancilla nominata
Et à Deo fæcundata,
Hunc portasti suaviter.

Decem Ave Maria.

Antiphona.

Sancta & Immaculata Virgini-

tas, quibis te laudibus efferã, nescio: quia quem cæli capere non poterant, tuo gremio contulisti.

℣. *Angelus Domini nuntiavit Mariæ,*

℟. *Et concepit de Spiritu Sancto.*

Oremus.

DEUS, qui de Beatæ MARIÆ Virginis utero, Verbum tuũ Angelo nuntiante carnem suscipere voluisti: præsta supplicibus tuis, ut qui verè eam genitricem DEI credimus, ejus apud te intercessionibus adjuvemur. Per eundem Dominum nostrum, Iesum Christum &c.

Secundum Pater noster.

AVe IESU conditor, dulcis flos candoris, tuum sangvinẽ pretiosum fundens pro nobis.

Ave qui purpureum sangvinem fudisti, cùm tormenta maxima futura vidisti.

Gratias tibi ago Domine IESU Chri-

Christe, pro tua Sanctissima in horto desudatione: & precor te, da mihi in recordatione Passionis tuæ, uberem lachrymarum fontis irrigationem.

JESUS Christus pro nobis in horto desudatus, quem tu Sanctissima Virgo MARIA in utero tuo portans, Elisabeth cognatam tuam visitâsti. Rogo te per illud ineffabile gaudium, quod tunc habuisti in terris, & per hoc, quod nunc habes in cælis, quo omnes Sanctos excellis claritate: intercedere digneris pro me miserrimo peccatore ad tuum dilectissimum Filium, ut per sangvinem suum pretiosissimum, quem effudit in sua Sanctissima in horto desudatione & per merita, & intercessionem Omnium Sanctorum Patriarcharum & Prophetarum, & præcipuè per intercessionem S. JOANNIS Baptistæ, dignetur me tuus

)3(idem

idem dilectissimus Filius purgare à peccatis omnibus, & præcipuè à peccatô Invidiæ, adornare charitate, confirmare donô Spiritûs Sancti pietatis. Insuper ora Sanctissima Virgo MARIA, dignetur tuus dilectissimus Filius misereri, & propitius esse mihi maximo peccatori, & omnibus Religionibus per totũ mundum existentibus: præcipuè in hoc Regno, & præsertim in hac Civitate: præcipuè Religionis nostræ Patri Generali, Cõmissario, Provinciali, specialiter Prælatis Provinciæ nostræ, Sacerdotibus, Fratribus omnibus, tam professis, quàm novitijs, & qui ad hanc Sanctàm aspirant Religionem.

Gaude quia visitasti
Elisabeth cum filio,
Cordis cum desiderio.
Cui gratus servivisti,
Magnificat decantasti,
Gaudens cum tripudio.

Antiphona.

Beata es Virgo Maria, quæ Dominum portasti, Creatorem mundi genuisti, qui te fecit, & in æternum permanes Virgo.

℣. *Dignare me laudare te, Virgo sacrata*

℟. *Da mihi virtutem contra hostes tuos*

Oremus.

DEUS, qui Virginalem aulam Beatæ Mariæ Virginis, in qua habitares eligere dignatus es: da quæ sumus, ut sua nos defensione munitos, jucundos facias suæ interesse commemorationi. Qui vivis &c.

Tertium Pater noster.

AVe JESU Conditor, dulcis flos candoris, tuum sangvinem pretiosum fundens pro nobis.

Ave, cujus inclytum corpus est ligatum, & virgarũ ictibus dire verberatum.

Gratias tibi ago Domine JESU

Christe, pro tua Sanctissima flagellatione: & precor te, da mihi in præsenti vita, pro peccatis meis paternam correctionem.

IESVS pro nobis flagellatus, quē tu Sanctissima Virgo MARIA absque omni dolore peperisti: Rogo te per illud ineffabile gaudium, quod tunc habuisti in terris, & per hoc quod nunc habes in cælis, quô omnes SS. excellis volūtate, Vnitissima intercedere digneris pro me miserrimo peccatore ad eundē dilectissimum Filium tuum: ut per sanguinem suum pretiosissimum, quē effudit in sua sacratissima flagellatione, & per merita, & intercessiones omnium Sanctorum Apostolorum & Evangelistarum: & præcipuè per intercessionem SS. Petri & Pauli, Ioannis Evangelistæ, Apostolorū, dignetur me purgare ab omnibus peccatis meis, & præcipuè à pecca-

to Iræ; adornare virtute patientiæ confirmare donô Spiritûs Sancti, Scientiæ. Insuper ora Sanctissima Virgo MARIA, dignetur idem dilectissimus Filius tuus, misereri & propitius esse mihi maximo peccatori, & meis Parentibus, fratribus, sororibus, omnibusq; mihi in consangvinitate & familiaritate adstrictis, & omnibus, qui mihi, & nobis, propter nomen tuum bene fecerunt, & qui mihi recommendáti sunt, quos ètiam conturbavi, gravavi, scandalizavi, verbis, factis, scienter, ignoranter, sive in carne adhuc vivant, sive jam sæculo defuncti sunt; omnes obsecro auxilium gratiæ Filij tui, opem ejus consolationis, protectionem à periculis, liberationem à pœnis, advenire nobis sentiamus: ut ab omnibus malis erepti, gratias magnificas

sem

semper dulcissimo Filio tuo læti persolvamus, Amen.

Gaude, quia Deo plena,
Peperisti sine pœna,
Cum pudoris lilio.
Gaude, Deum generasti,
Piè natum adorasti,
Amplexando dulciter.
Quem fasciâ alligasti,
In præsepi reclinasti,
Lactando suaviter.

Decem Ave Maria.

Antiphona.

Felix namque es Sacra Virgo Maria, & omni laude dignissimâ, quia ex te ortus est Sol justitiæ, Christus Deus noster. Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto Fæmineo sexu, sentiant omnes tuum juvamen, quicũque celebrant tuam Sanctam commemorationem.

℣ *Post partũ Virgo inviolata permãsisti*
℟. *Dei genitrix intercede pro nobis.*

Oremus.

DEVS, qui salutis æternæ, Beatæ MARIÆ Virginitate fæcunda, humano generi præmia præstitisti, tribue quæsumus, ut ipsam pro nobis intercedere sentiamus, per qvam meruimus auctorem vitæ suscipere, Dominum nostrum IESUM Christũ Filium tuum, Qui viuit &c.

Quartum Pater noster.

AVe IESV conditor, dulcis flos candoris, tuum sangvinem pretiosum fundens pro nobis.

Ave, qui purpurea veste circumdaris, & taliter derisus, spinis coronaris.

Gratias tibi ago Domine IESV Christe, pro tua Sanctissima spinis coronatione, & precor te, imprime cordi meo sedulam, lachrymosam ac devotam tuæ passionis recordationem.

IESVS Christus pro nobis spinis co-

coronatus, quem tu Sanctissima Virgo MARIA à tribus Regibus adorari vidisti. Rogo te per illud ineffabilé gaudium, quod tunc habuisti in terris, & per hoc quod nunc habes in cælis, quo omnes Sànctos excellis dignitate; intercedere digneris pro me miserrimo peccatore, ad eundem dilectissimum Filium tuum, ut per sangvinem suum pretiosissimum, quem effudit in sua sanctissima spinarum coronatione, & per merita Omnium Sanctorum Martyrum, & præcipuè per intercessionem S. Adalberti, Stanislai, Floriani, Venceslai, dignetur me purgare ab omnibus peccatis meis, & præcipuè à peccato Avaritiæ, adornare virtute paupertatis, & totius mundi contemptu: confirmare donô Spiritûs, S. consilij. Insuper ora Sanctissima Virgo MARIA, dignetur tuus dilectissimus Filius misereri,

& pro-

& propitius esse mihi maximo peccatori, & omnibus Regibus & Principibus Christianis, & præcipuè Regi nostro Poloniæ, cum omni populo sibi commisso, omnibusq; primarijs Regni hujus, ut in unitate fidei Catholicæ perseverent, omnibus nobilibus, & ignobilibus, civitatibus omnibus, præsertim huic Civitati N. cum omnibus intra & extra eam existentibus, ut in prospero successu, in vera pace, in gratia ejus, per suam piissimam misericordiam conserventur, à periculis omnibus defendantur, & ad vitam æternam perveniant, Amen.

Gaude, stella demonstrari,
A Regibus adorari,
Conspexisti parvulum.
Affectibus revereri,
Muneribus protestari,
Deum factum servulum.

Decem Ave Maria.

An-

Antiphona.

Christi Virgo dilectissima, virtutum operatrix inclyta, opem fer miseris, subveni Domina clamantibus ad te jugiter.

℣. *Reges Tharsis & Insulæ munera offerũt*
℟. *Reges Arabũ & Sabba dona adducũt.*

Oremus.

COncede misericors DEUS, fragilitati nostræ præsidium: ut qui Sanctæ DEI genitricis memoriam agimus, intercessionis ejus auxilio, à nostris iniquitatibus resurgamus, Per eundem &c.

Quintum Pater noster.

AVe IESU conditor, dulcis flos candoris, tuum sangvinem pretiosum fundens pro nobis.

Ave, qui coccinea Chlamyde nudaris: & sacris vulneribus, totus cruentaris.

Gratias ago tibi Domine IESV Christe, pro tua ignominiosa cru-

cis

cis bajulatione, & dolorosa ante cru cem despoliatione; & precor te, da mihi pro peccatis meis, veram cordis contritionem, puram & lachrymosam oris confessionem, dignam satisfactionem, veramque ex omnibus emendationem.

IESVS Christus pro nobis crucē ignominiosè baiulando crudeliter vestibus est despoliatus, quem tu Sanctissima Virgo MARIA quadragesimo die in templo præsentasti, & ipsius anno duodecimo, eum perditum post triduum in templo in medio Doctorum reperisti. Rogo te per illud ineffabile gaudium, quod tunc habuisti in terris, & per hoc quod nunc habes in cælis, quo omnes Sanctos excellis remuneratione, intercedere digneris pro me miserrimo peccatore, ad eundem dilectissimum Filium tuum, ut per suam ignominiosissimam Crucis

ba-

bajulationem, & per sangvinem suum pretiosissimum quem, effudit in sua dolorosa ante Crucem despoliatione, & per merita quoque & intercessiones Omnium Sanctorum Pontificum, & Confessorum, & præcipuè per intercessionem omnium Sanctorum Doctorum & Confessorum, S. Hieronymi, Bonaventuræ, Ludovici, Francisci, Dominici, Bernardini, Hiacynthi, Didaci, dignetur per me purgare ab omnibus peccatis meis, & præcipuè à peccato Accdiæ, adornare virtute ferventis devotionis, confirmare dono Spiritûs Sancti, fortitudinis. Insuper ora Sanctissima Virgo MARIA; dignetur idem dilectissimus Filius tuus, misereri & propitius esse mihi maximo peccatori, & omnibus benefactoribus nostris, quorum utimur elëemosynis, quorum ille optimè novit nomina, & necessitat

ſitates, ut illis pro parvis magna, pro terrenis cœleſtia, pro temporalibus ſempiterna largiatur: & præcipuè qui mihi aliquid boni fecerunt; N. N. illis per ſuam piiſſimam miſericordiam, propitius eſſe dignetur, Amen.

Gaude quòd eſt præſentatus,
Per te felix tuus natus,
Legis teſtimonio.
Mæſta multum quæſiviſti,
Inter doctos inveniſti,
Anno ejus duodecimo.

Decem Ave Maria.

Antiphona.

Sub tuum præſidium confugimus Sãcta Dei genitrix, noſtras deprecationes ne deſpicias in neceſſitatibus, ſed à periculis cunctis, libera nos ſemper Virgo glorioſa & benedicta.

℣. *Diffuſa eſt gratia in labiis tuis.*
℟. *Propterea benedixit te Deꝰ in æternū*

Fa-

Oremus.

FAmulorum tuorũ, quæsumus Domine delictis ignosce, ut qui tibi placere de actibus nostris non valemus: genitricis Filij tui Domini nostri intercessione salvemur. Per eundem Dominum nostrum Iesum Christum &c.

Sextum Pater noster.

AVe Iesu conditor, dulcis flos candoris, tuum Sangvinem pretiosum fundens pro nobis.

Ave dulcor animæ, cruci conclavatus, & fellis amarissimi poculo potatus.

Gratias tibi ago Domine Iesu Christe, pro tua Sanctissima crucifixione, manuum ac pedum crudelissima extensione, & pro tuis Sanctissimis verbis, quæ pendens in cruce dixisti: & precor te, da mihi, quidquid omnibus meis mẽbris, cogitationibus, locutionibus,

ope-

operationibus, ac negligentijs deliqui, plenam indulgentiam ac remissionem peccatorum omnium.

JESUS Christus pro nobis crucifixus, quem tu Sanctissima Virgo MARIA post triduum à mortuis resurgentem, & quadragesimo die ad cælum ascendentem vidisti, & die Pentecostes Spiritum Sanctum mittentem cognovisti. Rogo te per illud ineffabile gaudium, quod tunc habuisti in terris, & per hoc quod nunc habes in cælis, quo omnes Sanctos excellis propinquitate, intercedere digneris pro me miserrimo peccatore ad eundem dilectissimum Filium tuum, ut per sangvinem suum pretiosissimum, quem effudit in sua Sanctissima & acerbissima crucifixione, & per merita & intercessiones omnium Sanctarum Virginum: & præcipuè per intercessionem S. Catharinæ, S. Ce-

cili-

ciliæ, S. Dorotheæ, S. Barbaræ, S. Claræ, dignetur me purgare ab omnibus peccatis meis, præcipuè à peccato Gulæ: adornare virtute tẽperantiæ, confirmare donô Spiritûs Sancti, intellectûs. Insuper ora Sanctissima Virgo MARIA, dignetur idem dilectissimus Filius tuus misereri & propitius esse mihi maximo peccatori, & omnibus tribulatis infirmis, tentatis, captivis, & afflictis, & in quacunque necessitate positis, omnibus peccatoribus, ut convertantur, qui discesserunt à fide Catholica, & gentibus agnitionem veritatis dare dignetur, omnibus meis persecutoribus, & qui me calumnijs afficiunt, & quos meâ malitiâ scandalizavi, & cunctis in Ecclesia Catholica congregatis, omnibus nobis misereri, & propitius esse unigenitus DEI ac tuus Filius IESUS CHRISTUS dignetur, Am.

GAB-

Gaude, quia tui nati,
Quem videbas mortem pati,
Fulget resurrectio.
Gaude Christo ascendente,
Qui in cælum te vidente,
Motu fertur proprio.
Gaude, quia Paracletus
Missus fuit cælitus,
In tuo collegio.

Decem Ave Maria.

Antiphona.

Ave Regina cælorum, Ave Domina Angelorum: Salve radix, salve porta, ex qua mundo lux est orta.

Gaude Virgo gloriosa, super omnes speciosa. Vale ô valde decora, & pro nobis Christum exora.

℣. *Ora pro nobis Sancta Dei genitrix.*

℟. *Vt digni efficiamur promissionib9 Xti.*

Oremus.

COncede nos famulos tuos, quæsumus Domine Deus, perpe

petua mentis & corporis sanitate gaudere, & gloriosa Beatæ MARIÆ, semper Virginis intercessione, à præsenti liberari tristitia, & æterna perfrui lætitia. Per eundem Dominum nostrum, &c.

Tempore Paschali dicitur Antiphona Regina cæli, *cum suo versu & Oratione.*

Septimum Pater noster.

AVE IESV conditor, dulcis flos candoris, tuum sangvinem pretiosum fundens pro nobis.

Ave latus floridum rubei coloris, ex te manant rivuli fervidi amoris.

Gratias tibi ago Domine IESU Christe, pro tua Sanctissima lateris apertione, & precor te, da cordi meo ferventem tui amorem, & dilectionem.

IESVS Christus pro nobis lancea in latere transfixus, à quo tu Sancti-

cti-

ctissima Virgo Maria, cum anima, & corpore in cælum assumpta fuisti. Rogo te per illud ineffabile gaudium, quod tunc habuisti in terris, & per hoc quod nunc habes in cælis, quo omnes Sanctos excellis securitate, intercedere digneris pro me misero peccatore, ad eundem dilectissimum Filium tuum, ut per sangvinem suum pretiosissimum, quem effudit in sua Sanctissima lateris apertione, & per merita & intercessiones omnium Sanctarum Mulierum ac Viduarum, & præcipuè per intercessionē S. Annæ, S. Elisabeth, S. Hedvigis, dignetur me purgare ab omnib⁹ peccatis meis, & præcipuè à peccato Luxuriæ, adornare virtute castitatis, confirmare dono S. Spiritûs Sapientiæ. Insuper ora Sanctissima Virgo Maria, dignetur tuus idem dilectus Filius misereri & propitius

 esse

esse mihi maximo peccatori & omnibus defunctorum animabus, præcipuè meorum Parentum, consangvineorum, fratrum, sororum, familiarium, benefactorum, amicorum, tam spiritualium, quàm carnalium, & omnibus animabus, tam fundatorum & benefactorum hujus loci, quàm omnium, qui in fide Catholica decesserunt, & in purgatorio detinentur. Deniq; omnibus in hac Ecclesia vel Cæmeterio sepultis, & demum omnibus in purgatorio existentibus, requiem æternam donare dignetur, Amen.

Gaude, quæ post ipsum scandis,
Et est tibi honor grandis,
In cælesti solio.
Vbi fructus ventris tui,
Per te detur nobis frui,
In cæli palatio.
Gaude quia consummaris,
A Filio invitaris,
Deducta solemniter;

Super choros exaltata,
Et pro nobis advocata,
Firmata perenniter.

Decem Ave Maria.

Antiphona.

SAlve Regina Mater misericordiæ; vita dulcedo & spes nostra salve. Ad te clamamus exules filij Evæ. Ad te suspiramus gementes & flentes in hac lachrymarum vale, Eja ergo advocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos converte. Et Iesum benedictū fructum ventris tui nobis post hoc exilium ostende. O clemens, ô pia, ô dulcis Virgo Maria.

℣. *Exaltata es Sancta Dei genitrix.*
℟. *Super choros Angelorū ad cælestia regna.*

Oremus.

BEatæ & gloriosæ, semperque Virginis Mariæ, intercessio gloriosa nos protegat & ad vitam perducat æternam. Per Dominum &c.

Pater Noster.

O MARIA Mater mundi,
A peccatis simus mundi,
Per te plena gratia.
Virtutibusq; fœcundi,
Læti tecum & jucundi,
Simus nos in patria,
Per hæc septem gaudia, Amen.
Pater noster & 3. Ave Maria.

Recōmendatio Coronæ.

SUscipere digneris Domine Sancte Pater omnipotens, hanc Coronam, quam ego indignissimus famulus tuus offero tibi, in memoriam passionis & effusionis pretiosissimi Sangvinis Domini nostri Iesu Christi: suscipere digneris & in memoriam septem gaudiorum temporalium, & septem æternorū gloriosissimæ Genitricis ejusdem Filij tui unigeniti Virginis MARIÆ. Suscipere, inquam, digneris Domine Sancte Pater omnipotens, hanc Coronam, ad laudem & gloriam tui San-

Sanctiſſimi Nominis, ad honorem Beatiſſimæ Virginis MARIÆ, & in ſpecialem honorem S. Michaelis Archangeli, & S. Angeli cuſtodis mei, S. Ioannis Baptiſtæ, S. Ioannis Apoſtoli & Evangeliſtæ, S. Caſimiri, S. Adalberti, S. Staniſlai, Sanctiſſimi Patris noſtri Fráciſci, S. Catharinæ, S. Cæciliæ, S. Claræ, S. Annæ, Patronorum meorum, atq; totius curiæ cæleſtis exultationē. Et pro cuncto populo, quem acquiſiviſti pretioſo ſangvine Filij tui, & pro me miſero peccatore, pro remiſſione peccatorū m noſtrorum, pro expurgatione vitiorum, pro augmento virtutum, pro pace & ſanitate fidelium populorum, pro fructibus terræ, pro ſtabilitate Eccleſiæ, pro ordine Sãctorum, & pro omnibus meis peccatis, vitijs, & negligentijs, & pro emendatione vitæ meæ, Inſuper ſu

ſcipere digneris pro omnibus fidelibus, tam vivis quàm defunctis, pro quibus ſcis & vis me oraſſe, orō ut mihi & illis proficiat ad ſalutem, & vitam ſempiternam Amen.

AdBeatiſſimamVirginē & Sanctos Dei.

OBſecro te etiam Beatiſſima DEI genitrix Virgo MARIA, & te Beatiſſime Pater Franciſce, & vos SS. Bonaventura, & S. Bernardine, Patroni mei chariſſimi, omneſq; Sancti electi DEI, facite me exaudiri indignum peccatorem pro omnibus illis, pro quibus hanc orationem intentionaliter facio, ut Dominus IESUS dignetur eis per meritum ſuæ paſſionis miſereri; mihi verò indigno peccatori velitis impetrare veniam peccatorum, verā vitæ emendationem: Inſuper impetrate mihi gratiam omnia mundana ſpernere, & in ſola cruce Domini noſtri delectari, ut benè mori-

riens; tandem vos æternaliter vale-
am in cælis videre, & Dominum
IESUM Christum vobiscum laudare,
in sæcula sæculorum, Amen.

Oratio ad Dominum Iesum Christum.

INsuper tibi gratias ago Domine
IESU Christe, pro omnibus la-
boribus, quos pro me misero pecca-
tore misericorditer sustinuisti, ut
me à damnatione liberes. In ea cha
ritate obsecro te Domine IESU Chri-
ste, REX meus, & DEUS meus, ut
sis mihi placabilis super multitu-
dine peccatorum meorum, & me
miserum peccatorem confirmare
digneris in hac Religione sacra, ad
quàm me propemodum indignum
sed tuis miserationibus multis &
magnis vocare dignatus es. Facias
me quoq; proficere in omni adim-
pletione mandatorũ tuorũ, & voto-
rum meorum, videlicet Obedien-
tiæ, Paupertatis, & sanctissimæ Ca-
sti-

ſtitatis mentis & corporis: & auge in me virtutem fidei firmæ, ſpei rectæ, charitatis perfectæ, patientiæ, humilitatis, manſvetudinis, juſtitiæ, prudentiæ, temperantiæ, fortitudinis, atq; totius ſanctitatis: liberare me quoque digneris à lingva nefandiſſima, labijs doloſis, & levitate risûs, omneque deſiderium meum in amore terreno, & carnali extingvere digneris, & in tuo amore accendere, ac in devota meditatione tuæ Sanctiſſimæ Paſſionis. Fac quoque Domine Iesu Chriſte, quatenus omne tempus à te mihi impenſum fructuosè expēdam: ſtudium diſcendi, & intellectum ſcripturæ, ſi tibi placet, & expedit animæ meæ, mihi impartiri digneris, quatenus poſſim eo uti ad laudem & gloriam tui Sanctiſſimi Nominis, animæ meæ ſalutem, & proximorum meorum ædificatio-
nem

nem. Auditoribus quoq; omnium Prædicatorum Christianæ veritatis, maximè in hac Provincia, & in hoc loco, Spiritus Sancti gratiam infundere digneris, quæ corda eorum aperiat, & devotè audire faciat, & cum mansvetudine suscipere insitum verbum, Quare supplices te convenimus Spiritus Sancte Deus, qui es illuminator omnium venientium in hunc mundum: digneris me illuminare cæcum in anima & corpore, quatenus possim boni aliquid operari in hac vinea pro gloria Sanctissimi Nominis Tui, animæ meæ salute, & proximorum meorum ædificatione, Amen.

Tibi nos ô Maria commendamus.

Tu procura ne pereamus Amen.

NOVENNA
AD
SANCTUM
ANTONIUM
Seu Novem dierum Martis,
Præter jejunia, Eleemosinas, Confessiones, Missas audiendas, vel Celebrandas;
NOVEMDIALIS DEVOTIO.
I.

GLoriosissime S. Pater ANTONI, clarum Sanctarum literarum per Hispaniam lumen, ac verum omnium afflictarum animarum Asylum, inclina obsecro benignissimas aures tuas ad humillimas preces meas, animæq; meæ apud Altissimum gratiam impetrare digneris, idq; precor per innocentissimam puritatem tuam.

Pater noster & Ave Maria.

II.

GLoriosissime S. ANTONI, gloria

ria Prædicatorum, virtutum Fundator, acerrimeq; vitiorum reprehensor, Te supplex rogo, ut mihi pientissimi pectoris tui viscera repandas, impetrando à Domino Deo nostro gratiæ subsidium, quin illud impetrem, quod in hac mea necessitate devotus postulo, idq; precor per annos istos, quibus in Ordine S. Augustini laudabiliter es conversatus.

Pater noster. Ave Maria.

III.

GLoriosissime S. Pater Antoni, sal terræ, & lucerna mundi supra candelabrũ Ecclesiæ collocata, Civitas supra montem contemplationis posita, invoco te humillimè ut subintrent in cõspectu benignissimæ charitatis tuæ afflicti cordis mei suspiria, impetreq; à Deo desiderij mei exauditionem, & progressum, idq; precor per annos istos, quos Sanctissimè in Ordine,

Seraphici Patris sui FRANCISCI transegisti.

Pater noster. Ave Maria.

IV.

GLoriosissime S. Pater ANTONI, ac deditissime Famule Sanctissimæ Angelorum Reginæ, cum hac cælorum Imperatrice apud dilectissimum Filium ejus pro me intercedere, mihiq; impetrare digneris peccatorum meorum veniam, Divinæq; gratiæ augmentum & auxilium in omnibus necessitatibus, idque precor, per incomparabilem illam cordis tui lætitiam, quâ suffundebaris, dum in brachijs tuis commoraretur suavissimus Puerulus IESVS.

Pater noster. Ave Maria.

V.

GLoriosissime S. ANTONI, Orphanorum & pupillorum Pater, fæcundissima pro corde sterili

gra-

gratiæ cælestis pluvia; & Sanctæ Orationis ferventissime amator, Rogo te humiliter, ut me quamvis indignum in servum tuum recipere, mihiq; in omni spirituali, ac corporali necessitate succurrere digneris, impetrando mihi à DEO nostro vivam fidem, quâ merear exaudiri. Idq; precor, per plurima illa, quæ in hoc mundo operatus es miracula.

Pater noster. Ave Maria.

VI.

GLoriosissime S. Pater ANTONI, fortis pœnitentiæ Columna, securum contra tentationes scutum, & certa ignorantium via: Obsecro te, ne despicias justa desideria, & postulationes meas, verũ participem me facias bonorum fructuũ & virtutum Sanctissimæ animæ tuæ, obtinendo à Domino DEO nostro per communicationem pletio-

tiosissimi sangvinis sui, ut spes mea ad optatum pertingat portum. Idq; precor, per sacratissimam mortem tuam. *Pater noster. Ave Maria.*

VII.

GLoriosissime S. Pater ANTONI, nova lux Italiæ, nobile depositum Urbis Padvanæ, Galliarũ instructor, universale Christi Fideliũ animarum solatium. Tuum imploro precum mearum patrocinium, impetrando apud Altissimũ intellectui meo veram fidem, animæ meæ serventem charitatem, firmã cordi meo spem, qua non confundar. Idq; precor per solennem illã animæ tuæ beatæ, in cœlestia regna susceptionem.

Pater noster. Ave Maria.

VIII.

GLoriosissime S. Pater ANTONI, vivum professorum Evangelij exemplar, dulcis infirmorum con-

so-

solatio, ac omnium afflictorum, aut tentatorum refrigerium. Te enixè rogo, ne obliviscaris intimorum cordis mei suspiriorum, sicut non oblitus es lachrymarum afflicti, & innocenter ad mortem condemnati Patris tui; atq; animæ meæ subsidium impetra Divinæ gratiæ, quâ merear experiri in omnibus justis petitionibus Altissimi favoré & exauditionem. Idq; precor, per eximiam lætitiam, quæ inter te, ac Seraphicum Patrem tuum FRANCISCUM intercessit, dum vos reperiretis simul in cœlo.

Pater noster. Ave Maria.

IX.

GLoriosissime S. Pater ANTONI, Celebre Divinarum literarũ splẽdor vigilantissime, castitatis ac puritatis Zelator, amantissime S. Crucis alumne. Te invoco suppliciter, ut mihi in hora mortis meæ assistas,

meq;

meq; defendas ab infernali inimico, ut tunc confortata anima mea, ore ac corde benedicat DEUM meū. Nunc obtine mihi pro reliquo vitæ meæ tempore misericordiæ Divinæ subsidium, ut cognoscant in me omnes gentes immensam DEI bonitatem, ac glorificent ex me nomen Sanctū ejus. Idq; precor, per ineffabile illud gaudium, quô replebatur sancta anima tua, cùm te æternæ conspexisti insertum beatitudini, ubi facie ad faciem contemplaris DEI essentiam & Majestatem.

Pater noster, Ave Maria.

Pro conclusione harum precum, dic 3. Pater noster, 3. Ave Maria, 1. Credo, &c. *in memoriam trium horarum, quibus IESUS benedictus visibiliter, cū S. ANTONIO permansit.*

ORATIO
Ad S. BERNARDINUM.

SAncte & gloriosè BERNARDINE, Confessor Domini JESU CHRISTI, & prædicator Nominis ejus ferventissime, rogo te per viscera misericordiæ ejusdem Domini nostri JESU Christi, ut subvenias mihi famulo tuo N. in omnibus angustijs & necessitatibus meis, ad te nunc suspiro, & cor meum erigo, teque mihi in Patronum & advocatum fidelissimum eligo, tuæque protectioni animam meàm & corpus committo, & semper commendo. Tu clementissime Pater esto mihi in tribulatione consolator, in omni necessitate adjutor, in omniq; tentatione refugium: succurre mihi Pater Sancte, quatenus malos ac pravos mores & omnia peccata possim, velim, studeamq; vitare ad vitam meam sine aliorum scandalo,

&

& omni infamia ducere; & in laude Dei transigere, & ita ad cœlestem patriam quàm feliciter pervenire, & faciem Jesu Christi speciosissimam jugiter cernere. Qui est benedictus in sæcula sæculorũ, Amen.

ANTIPHONA

Ad B. SIMONEM de Lipnica.

O Nova lux Poloniæ:
Clarum sidus Cracoviæ:
Fervens verna tu Mariæ;
Summæ Matris clementiæ;
Florens Rosa munditiæ:
Felix prole Simon pie,
Francisci observantiæ;
Per Beatæ præsidium,
Tandem cœli nobilium,
Fac consortes nos civium.

℣. *Precare Deũ B. pro nobis Simon.*
℟. *Ne devincat nos calidus dæmon.*

ORATIO.

DA quæsumus, Omnipotens & mi-

misericors Deus, ut Beati Simonis Confessoris tui præclara nobis merita proficiant, & tuâ gratiâ quam precamur, nos dignos efficiant, in qua firmati, tuæ gloriæ simus annumerati. Per Christum Dñum &c.

OFFICIVM S. FRANCISCI.

AD MATVTINVM.

℣. Amor Seraphicus incendat sensus & præcordia nostra. ℟. Amen.

Domine labia mea, &c.

Deus in adjutorium, &c.

HYMNUS.

Vitiorũ putredine mundo sordescẽte,
Peccatorũq; numero inveterascente,
Et in Dei amore omnino frigescente:
Venit qui purget, renovet, utraq; repẽte.

Antiphona. O Patriarcha pauperum, nos pauperes fac spiritu, consortes redde superum, ereptos ab interitu.

℣. *Ora pro nobis B. Pater Francisce,*

℟. *Ut digni efficiamur promissionibus &c.*

ORA-

ORATIO.

DEus, qui Ecclesiã tuã B. P. N. Francisci meritis fœtu novæ prolis amplificas; tribue nobis ex ejus imitatione terrena despicere, & cœlestium donorum semper participatione gaudere. Per Dominum nostrum, &c.

AD PRIMAM.

℣. Amor Seraphicus, &c.
Deus in adjutorium, &c.

HYMNUS.

HIc est Francisc⁹ zelô qui nimiô fervidus,
Animarumq; vitæ ac salutis cupidus.
Pœnitentiam indicit, dæmon ne perfidus
Eas deglutiat, versipelis, & avidus.

Antiphona, Versus, & Oratio, *ut supra.*

AD TERTIAM.

℣. Amor Seraphicus, &c.
Deus in adjutorium, &c.

HYMNUS.

VT que facilius possit illud adimplere;
Minorũ plantavit vineã quã qui verè,
Apostolicam secuti causâ fuere,
Redimendi homines, heu? perdidere.

Antiph: Versus, & Oratio, *ut supra.*

AD

AD SEXTAM.

℣. Amor Seraphicus, &c.
Deus in adjutorium, &c.

HYMNUS.

HUnc sibi in vita præ alijs similavit
Domin⁹ Jes⁹, & signaculis cōsignavit.
Passionis suæ, idque palam declaravit
Quanta eum hìc luce in cœloque ditavit.
Antiph: Versus, & Oratio, *ut supra.*

AD NONAM.

℣. Amor Seraphicus, &c.
Deus in adjutorium, &c.

HYMNUS.

HOra deniq; jam instante sui transitus,
Suos hortatur fratres ad an ādū pœnit⁹
Paupertatē: post hæc felix ille spiritus,
Spirās ad cœlū volavit: ô quā felix exitus.
Antiph: Versus, & Oratio, *ut supra.*

AD VESPERAS.

℣. Amor Seraphicus, &c.
Deus in adjutorium, &c.

HYMNUS:

STatim post obitū, cœpit signis claresce-
Et corp⁹ emortuū videbatur vivere (re
Tū Redemptoris vulnera licebat cernere,
Quæ Deus, servo suo dignatus est figere,

Antiph: Versus, & Oratio, *ut supra.*

AD COMPLETORIUM.

℣. Amor Seraphicus, &c.
Converte nos Deus, &c.
Deus in adjutorium, &c.

HYMNUS.

SAcrũ cõdunt funº cũ hymnis & lumini-
Sicq; roboat polº & solũ laudibº (bus
Jam tu Sancte Pater concivis cœli civibº
Ora te nos prosequi tuis in virtutibus.

Antiph: Versus, & Oratio, *ut supra.*

COMMENDATIO.

HAs Horas Canonicas pia ratione,
Licet parva crucis amator attentione
Tibi dixi, ut me juves intercessione,
Ac præstes auxiliũ mortis in agone. Amẽ

ORATIO
Ad Sanctum P.N. Franciscum.

SAncte Francisce, Pater amande ac dilectissime, rogo te per sacra stigmata Domini nostri JESU Christi, ut adjuves me regere quinque sensus corporis mei ad beneplacitũ & velle Dei Omnipotentis, per

perfice in me regularē disciplinam, quam tu incepisti. Et obtine mihi à Domino Deo contritionem, devotionem, fidem, spem, charitatem, humilitatem, patientiam, castitatem animæ & corporis, & sanctam observantiam in verbis & factis, & omnibus his veram perseverantiam, ut consummato vitæ præsentis cursu, ad te pervenire merear, ubi tu gaudes de percepto prœmio laborum tuorum: & ut tibi ibidē congaudere merear, ubi omnis tristitia exterminabitur, & omnis dolor effugiet, & sempiterna manebit lætitia: quam mihi Jesus Christus Mariæ Virginis Filius, per intercessionem tuam Sancte Pater concedat, Amen.

Sacra D. Francisci Benedictio, contra febres, morbos, dæmonesq́ pellendos.

✠ BEnedicat tibi Dominus, & cu-

custodiat te ✠ ostendat faciem suam tibi, & misereatur tui ✠ convertat vultum suum ad te, & det tibi pacem. ✠

Oratio de S. Anna.

AVe MARIA gratia plena Dominus tecum, gratia tua sit mecũ, benedicta tu inter mulieres, & benedicta sit S. ANNA Mater tua, ex qua sine macula & peccato, tuum sanctum corpusculum processit: de quo natus est JESUS Christus, Am:

STOPNIE MĘKI PANSKIEY.

Ná Pierwszą Pássyą.

1. STOPIEN.

JEZU naysłodszy, w Ogroycu smętnie BOGU Oycu się modlący: á w śilney mdłośći położony; pot krwawy wypuszczáiący,

Zmi-

PRECES VESPERTINÆ.

AVe Salus, & illuminatio mentis meæ DEVS meus. Gratias tibi referat, quidquid cœli ambitus, terrarumq; circuitus, & abyssi complectitur profundum, pro universis beneficijs, & miserationibus tuis, quæ mihi in corpore, & anima contulisti: quorum, cùm tantus sit numerus, quòd nequaquam valeam respondere uni, pro mille; hinc idipsum illi æternæ, immensæ, & incommutabili gratitudini cõmitto, quâ tibi ô fulgida, semperq; tranquilla TRINITAS ex te ipsa, per te ipsam, & in te ipsa omne debitum plenè suppletur. Et hinc me, quasi pulvis exiguus ingerens, per eum, qui in substantia mea ti-

tibi assistit, offero Tibi laudes, & gratiarum actiones, quales dedisti mihi posse per eundem in Spiritu Sancto, Amen.

O R A T I O.

Ad Examen Conscientiæ.

IN amaritudine Passionis IESV CHRISTI Filij tui Amantissime Pater moveo querimoniam, vehementer me accusans, quòd hodiè tàm infideliter tibi serviêrim, teque benignissimum Patrem tot, & tantis negligentijs, & peccatis offenderim. (*Hic examina conscientiam.*) Ah bone IESV pœnitet me, quòd te tàm malè hodiè tractaverim! Ex nunc omnia delicta mea, omnes excessus meos projicio in Sanctissima Vnigeniti Filij tui vulnera Sanguine manantia, omnes transgressiones status mei in abysso misericordiæ tuæ

sub-

ſubmergo, ſpem firmam habens in infinita bonitate tua, quòd me mundabis mundiſſimô humanati Verbi tui cruore, qui maximô deſideriô teneor, per gratiam tuam emendari. Hoc volo, dùm amicitijs ſæculi, & omnibus, quæ tibi diſplicent dico vale: Confirmet me tantùm favor tuus Domine DEVS meus, Amen.

ORATIO
Ad Sanctas Tres Perſonas.

IN Nomine Sanctiſſimæ TRINITATIS, & in nomine Omnium Sanctorum ſaluto vos Sacras tres Perſonas, IESVS, MARIA, IOSEPH, vobis offero cor, corpus, & animam meam. Te ô IESV ſaluto, & veneror per puriſſima Ubera tuæ dilectæ Matris, & Virginis MARIÆ. Te ô MARIA ſaluto, & veneror per

amo-

amorē, quem IESVS erga Te habuit. Te Sancte Ioseph saluto, & veneror per amorē, quem IESVS, Tibi exhibuit: IESVS, MARIA, IOSEPH orationem meam exaudite, & in ultima mortis hora curam mei habete.

Per MARIÆ tuæ Matris:
Preces, & IOSEPHI Patris
IESV tu nos adjuva.
Vt possimus te videre:
Et æternum possidere
In cœlesti Patria.

IESVS, MARIA, IOSEPH, amores mei,
Sitis hâc nocte memores mei.
IESVS ✠ Nazarenus, REX ✠ Iudæorum, præservet me ✠ à subitanea, & mala morte, Amen.

O R A T I O
Venerab: Joannis Lanspergij.

PAx ✠ Domini nostri IESV CHRI-

CHRISTI; Immaculata Conceptio Sanctissimæ, & gloriosissimæ Virginis MARIÆ; Signum ✠ Sanctæ Crucis; Potentia Passionis ✠ Salvatoris nostri; Custodia SS. Angelorum; intercessio Omnium Sanctorum repellant à me omnes inimicos meos, defendant me ab omni peccato, & protegant me hâc nocte, & semper ab omni periculo animæ, & corporis: In Nomine Pa✠tris, & Fi✠lij, & Spi✠ritus Sancti, Amen.

Aliæ Orationes pro temporis opportunitate recitandæ.

ORATIO

Quotidiè dicenda continens actus præcipuarum virtutum.

CRedo firmissimè, quidquid Ecclesia Sancta Catholica credendum proponit; & maximè ideò credo, quia DEVS hæc reve-

velavit, qui in verbis suis nec fallere potest, cùm sit æterna veritas; nec falli, cùm sit omniscius. Spero à DEO meo æternam beatitudinem, omniaq; media ad hanc obtinendam necessaria; idq; ideò, quia tu DEVS hæc mihi benignissimè promisisti, qui verax es in promissis tuis, & ad promissa implenda omninò potens. Amo te quoq; DEVS meus super omnia, & plus quàm me; quia tu summum, & maximum bonum es. Quidquid amavi in hoc mundo, aut amare potui; idcircò amavi, quia bonum erat: Tu mi DEVS! es maximum bonum, quod omnium creaturarum pulchritudinem, suavitatem, bonitatem infinitis modis excedit, & superat; adeoque super omnes creaturas ob suam

infinitam bonitatem omni amore dignissimum: ac proindè & si nullum foret cœlum, in quo te fruerer, nullus infernus, quem timerem, te tamen DEVM meum ob infinitam bonitatem tuam amo, & diligo supra me ipsum, & omnia: doleoquè ex toto corde, quòd te summum bonum omni amore dignissimum unquam offenderim, cum firmissimo proposito te ô mi DEVS, ô omne bonum, unquàm offendendi. Amo quoq; proximos meos, imò & inimicos meos ad tui imaginem à te creatos, idquè propter te DEVM meum; quia tu vis, & præcipis, hos amari à me. Vnde ex amore tui omnib⁹ ex corde ignosco, qui me unquàm offenderunt, aut cõtristârunt; optoq; ex corde, ut pro malis, quib⁹ me affecerunt, omne bonum illis retribuas. O mi DEVS! si

omnia possibilia corda in mea forent potestate, vellem his ipsis in te credere, & sperare, te super omnia diligere, & proximum propter te, summèq; dolere de te immenso bono unquàm à me offenso. Revereor te quoquè, omnemq; tibi honorem, & cultum ex corde defero. O omni honore dignissima Deitas! insuper immensas tibi refero grates DEVS meus, qui es infinita largitas, pro universis, & singulis beneficijs, quæ à principio vitæ meæ usq; ad hoc momentum in me indignissimum, contulisti. In manus tuas o Paterna pietas, ac Providentia, quæ in sui dispositione non fallitur, me, omniaq; mea perfectè resigno. Paratum cor meū DEVS, paratum cor meum; tua sancta, justa, & benevola voluntas sem-

per,

per, & in omnibus sit quoq; mea. Calicem, quem dat mihi Pater, mei amantissimus, licet amarum, non recuso ebibere cum IESV meo, ejusq; doloribus jungo meos; atq; sic unitos Patri cœlesti pro peccatis à me commissis, pro salute animæ meæ, pro refrigerio animarum in purgatorio, pro conversione peccatorum, gentilium, ac infidelium, ex corde offero. DEVS meus, amor meus, hoc est filiale desiderium meum, ut cor meum, omnesq; arteriæ meæ diu, noctuq; nihil aliud pulsent, quàm continuas tuas laudes, & gratiarum actiones. O morienti mihi sint hæ ultimæ voces, IESVS, MARIA, IOSEPH. Inter brachia IOSEPHI Patroni mei; in sinu Amantissimæ Matris, & Advocatæ meæ Beatissimæ

Vir-

Virginis MARIÆ Immaculatè Conceptæ, in Vulneribus Domini mei pro me Crucifixi vivere, ac mori desidero, Amen.

ORATIO

Pro felici morte.

DEVS, qui habes claves vitæ, mortis, & æternitatis meæ in tuis manibus absconditas? O DEVS, tu scis, quô annô, mense, die, horà, me sis evocaturus ex hac vita. Rogo Te per id, quidquid amas in cœlo, & in terra. Rogo te, per Immaculatè Conceptã Vnigeniti Matrẽ, ut in hoc me exaudias, quod nunc peto; ut me tunc evoces, quando me videbis, maximè tibi gratum, & maximô erga te amore ferventem, ac pro ineundis itineribus æternitatis quàm optimè præparatum. O Sanctissima, & Immaculata DEI Mater! o Sancti omnes! impetrate mihi, &

omnibus, qui in extremo vitæ ag-
ne periclitabuntur mecum, fre-
quentiſſimos excellentiſſimi erga
D E V M amoris, ut ſit pre-
tioſa in conſpectu dilecti Dei vi-
ta mea, mors mea, æternitas mea,
Amen.

Oratio altera.

DOmine IESV per illam ama-
ritudinem, quam ſuſtinuiſti
propter me in Cruce, maximè,
quando Anima tua benedicta e-
grediebatur de Corpore tuo, mi-
ſerere animæ meæ in egreſſu ſuo,
Amen.

Ad M. D. G. B. V. M. I. C.
OOq́, SS. Honorem.

Virgini
Cor
ni



Virgi
Cor
r

	dobry
	średn
	zły
	zł.
	ct.

